



1. Boffeck f. Joh. Gottl. diff. de cultu flumi-
 num Lipsiae 1740.
 2. Breithaupt f. Joh. Justi diff. Dissertatio de
 incrementis in Obno et in malo, Halle
 3. ——— sentar. III de Körpe, Halle 1710.
 4. Buddei f. Joh. franc. diff. de fragrantia
 Christi jine 1712.
 5. ——— ΗΕΡΙ ΤΗΣ ΑΚΠΙΒΕΙΑΣ in
 vita christiana, jine 1707.
 6. ——— de libertate cogitandi, jine 1715.
 7. Burmanni f. Joh. Eberh. diff. de fide
 Salernitana, Helm. 1682.
 8. Carpzov f. Joh. Bened. diff. de Chuppa
 Hebrorum, 1710.
 9. ——— diff. de religione quietista.
 rum Lipsiae 1687.
 10. Carpzov f. Joh. Gottl. diff. de anno Iobie
 secundum descriptinam Hebrei.
 pum Lipsiae 1730.

21
25

Q. D. B. V.

DISSERTATIO THEOLOGICA
POSTERIOR
DE
**SANCTIS
POIRETIANIS
NON SANCTIS**

QVAM
PRAESENTE
MARTINO CHLADENIO
SS. THEOL. DOCT. EJVSDEMQ. PROF. PVBL.
AEDIS OO. SS. PRAEPOSITO, CONSISTORII ECCLES.
ASSESSORE, ET H. T. ORDINIS THEOLOGICI
DECANO
EXCVTIENDAM PROPONIT
AD D. XXVII. IVL.
A. M DCC XIX.
M. CHRISTOPHORVS STOLLE
ZITTAVIA LVSATVS.

VVITTERNBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.

15
POLYGRAPHIA
LIBRI TERTII
MAGISTER IOACHIMUS
SCHMIDT



MODERANTE CHRISTO!

DE
SANCTIS POIRETIANIS
NON SANCTIS

DISSERTATIO THEOLOGICA POSTERIOR.

S. I.

Praesens argumentum, in quo occupamur, tam praeognantis & diffusi ambitus est, ut illud dum circumspicimus, satis multas PETRI POIRETI, qui nostro tempore per scripta sua non paucos in deuia abduxit, perversissimas opiniones excutiendi materia subministretur. Neque opus esse arbitramur, ut dum in illa tela pertexenda, quam orsi sumus, pergere animus est, ab ovo rem omnem repetamus, cum potius rei praesentis videatur, sub auspicio Numinis reliqua, quae sequuntur, ordine indicato, *Sancti requisita* intueri. *SEXTUM* enim est, quod *Sanctus* verus ac genuinus *Coenae sanctissimae usum non respiciat, sed ejus assiduum conviviam se praefestet.* Hoc uti institutio Salvatoris ipsa, nemine facile refragante, jubet, & saepius epulum illud ad animam cum Deo reduniendam adhiberi vult, ita ipsa ejus indoles hoc imperare videtur, cum omne illud, quod a Patre vel Rege fruendum porrigitur atque conceditur, alio fine non detur, quam ut ab illis, quorum causa institutum est, percipiatur,

A

cipiatur,

cipiatur, & sub continuata oblatione etiam frequenter acceptetur, praeципue si mandatum additum sit. *i. Cor. XI, 25. 26.* Accedit *indigentia* fidelium, eorumque *status*, subinde cuiusdam reconciliationis solennis indigus, quam sicut quotidie per verbum Dei obtinere possunt, ita monumento a Christo ipso ordinato, ipsisque destinato opus est, quo etiam nonnisi ardentissimo cum desiderio utuntur, bonisque in Eucharistia substantialibus, corpore & sanguine Christi, sub elementis terribus, pane & vino, ita vescuntur ac pascuntur, ut simul exinde fluentibus bonis consecratiis, quae sunt remissio peccatorum, gratiae divinae obsignatio, ac certitudo vitae aeternae, ut & nova confeſſeratio cum Christo & fidelibus omnibus, frui abundantissime possint.

S. II. Cum vero Fanaticorum omnium consuetudo sit, ex effato LUTHERI ea extertus querere, quae interna sunt, eaque interius piscari, quae tamen externa esse DEus voluit; ita etiam dum Eucharistiam, seu Coenam saltem internam requirunt, exteriorem illam & Sacramentalem plenae esse libertatis, & ad sola ceremonialia novi foederis pertinere, credunt. Exemplo nobis est P. POIRETUS, qui, ut illud suum virus arte quadam propinet, ab exordio institutionis coenam derivat, mala tamen admodum fide. Putat enim, Coenam Apostolicae ecclesiae capiendam esse plane metaphorice, & constitisse in mutua cordis, ritus, honorum, alimentorum ac :erum omnium communione. *P. I. p. 723.* Quod fuse & operose deinceps deducit, sed non probat *P. II. L. IV. p. 134. sqq.* *banc* essentiam & naturam coenae esse seu sacrae communionis, ipsamque institutionem illud intendisse, ut duraret usque ad suum aduentum. Prima innocentia oblitterata existimat variationem intercessisse & coenam degeneravisse in statum velut crassorem, ita tamen, ut a Christo approbaretur re & necessitate ex diversitate hominum oriunda sic jubente. Hoc ut obtineat POIRETUS, pro audacia sua aggreditur ipsa verba institutionis, & ita exponit: *Hoc est corpus meum, id est coagmentatio fidelium & communio, pro quo ego*

ego tanquam caput ejus trado meipsum, & sanguinem meum effundo. Hoc vos idem tanquam membra inter vos facite, & pro vestra & aliarum remissione peccatorum vosmetipsos sacrificare! p. 139. 141. Hunc tu interpretem dic verborum Christi! qualem vix vidit actas illa; Audet tamen asseverare, eam mentem etiam fuisse Apostolis circa eadem verba, quando eadem exposuerunt aut coenam distribuerunt, unde etiam ipsam coenam Act. II. & IV. describi, credit, ubi de communione bonorum agitur, quam non servatam Deus interdum rigorosissime & poena interposita, ut in Anania, ultius fuerit, donec fervore illo pertinacius invalescente, imperfectionibus hominum CEDERE Deus decrevit. p. 146. Id quod audet paraphrasi verborum Paulinorum 1. Cor. XI. v. 20. sq. admodum tamen jejuna & sterili, evincere.

§. III. Credit autem POIRETUS, mutationem illam in eo constitisse, ut equidem communio primitiva inter vere Sanctos sanctitate ac charitate plenos permanerit, interea cum hi contra torrentem impiorum non potuerint obluctari, mixturam aliquam etiam horum accessisse, quibus Deus tandem se accommodaverit, ne totam Christianorum gentem caedibus, ut in Anania, impleret, unde etiam opus fuisse, ut Sancti veri Spiritu Dei animati rebus istis cederent, & sub hac tolerantia impios ad perfectionem priscam reducere tentarent. p. 152. Hinc etiam factum esse, ut Sancti equidem ab impiis se separarent bonis suis, ita tamen, ut eorum non proprietari fierent, sed cum aliis Sanctis communia adhuc haberent, quod testentur Agapae, donec tandem introduceretur, ferente Deo, bodierna Eucharistia, quae a multis retro seculis observata, & cui divina providentia sic ferente, verba institutionis etiam bene applicari possint, etiam si ex mente dicentis originali longe aliud quid intendant. p. 153. Ita ut sanctissimae etiam animae possint tali coena cum fructu uti, donec tandem tempus his ceremoniis destinatum prorsus effluxerit, p. 154. adeoque schismata illa circa coenam nihil obesse, quominus aliquis, si ita libeat, in sua vel alia ecclesia coena frui possit. Nam

etiam qui falsam ita dictam coenam sumserint, nonnullos sanctitatem veram & commercium cum Deo attigisse, p. 156. adeoque nunc in omnibus externis ecclesiis, quotquot sint, a praxi illa primitiva recessum fuisse. p. 162. Unde etiam adeo non attendendum esse ad divortia sententiarum inter illas vigentes, cum nulla sit vera, p. 168. neque etiam tantopere inter se differant. Itaque totam rem redire ad fidem, & probitatem, quae creditur homo, se coenam veram percipere, & tunc omnia esse possibilia & fieri, prout creditur homo. p. 170. Tandem post varios circa doctrinam de coena errores, qui alibi commodius excutientur, eo descendit, ut statuat, integrum esse hominibus piis ceremoniis Eucharistiae hodiernis, tametsi diversis, uti, illasque acceptare, licet illae revera inter se differant, imo nonnunquam aliis sint contrariae. Interea ubi videant, paucissimos saleem bonos supereesse, nefas esse credit, ut boni istos abusus sua presentia approbent, futurumque putat, ut Deus voluntatem adimat suis, impiorum coetus frequentandi. p. 192. Quae etsi paucis saltem verbis exponat, haud obscure tamen Separatistmi libertatem, quam POIRETUS animo recondit, proditam videntur.

§. IV. Satis dilucide vero illam ejus mentem penetravimus, quando universam seriem eorum, quae ex illo excerpta dedimus, non mutilata, (saltem praetermissis iis, quae ad controversias de ipsa Coena pertinebant, cum hoc non spectent,) sed in compendium contracta penitus attendimus. Omnia enim tandem eo redeunt, ut statuat 1.) veterem illam eucharistiam, prout a Christo est instituta, plane oblitteratam & amissam esse, neque amplius in toto terrarum orbe publicam extare, sed 2.) ecclesias omnes, quotquot sunt etiam, quae ex Papatu exierunt, babere talam coenam, quae sit velut illius veteris saltem quadam umbra & representatio, communis ad usum piis seu fidelibus & impiis, ut qui arceri omnes nequeant. 3.) Sanctos itaque dare aliquid posse temporum & ceremoniarum corruptioni, & integrum ipsis esse, ut utantur Eucharistia. 4.) Imo tantum licere,

licere, ut in quacunque ecclesia visum sit, illam capere queant.
 5.) Tamdiu vero hoc licere, quamdiu adhuc aliquos Sanctos vi-
 deant, cum quibus communionem spiritualem intrare possint. 6.)
 Si vero videant, tales non adeste, tutius ipsis supercedere, imo
 lege Dei teneri, ut abstineant, 7.) atque sic eos carere posse eu-
 charistia salva sanctitate, sponte sua cuivis liquere. Et ne quis
 forte rursus mandatum Christi urgeat, in antecessum preeoc-
 cupare lectorem studet, & sub exordium capitis illius de Eu-
 charistia p. 151. P. I, ita scribit : *Officia ac ceremoniae externae,*
 ita enim nominat Sacraenta, *nunquam propter se instituta*
fuere, quasi simpliciter observari eo debeant, quod ita praescripta
inveniantur. Ad interna potius, AD SPIRITUM, inquam,
ex quo ista fluxerunt, ascendendum est.

§. V.

Atque sic se habet mysterium iniquitatis Fanatica, quod
 hic satis aperte prodit Poiretus, sub speciosa voce SPIRI-
 TUS meram nobis umbram sui ingenii obtrudens, eodem mo-
 do, quo istius generis homines clamare observat LUTHERUS,
 quandocunque de Verbo & Sacramentis negotium sit, SPI-
 RITUM! SPIRITUM! contra coelestes Prophetas. P. II. T.
 II. Altenb. p. 67. Vix enim dici potest, quantum venenum
 sub illis hypothesibus Poiretianis reconditum lateat. Nun-
 quam vero probabit seductor ille, aliam indolem Sacramen-
 tum eucharistiae quondam vi institutionis Christi habuisse,
 quam habeat nostra aetate. Pervertit turpissime mentem in-
 stituentis finemque, quando fingit, nihil aliud fuisse, quam
 ipsam communionem bonorum & alimentorum, tum spiritua-
 lium, tum terrenorum. Cycloica haec est commixtio illius,
 quod sursum esse debebat, ad imum, quando *Sacramentalis*
unio elementorum in moralem unionem animorum transmutatur,
 & coenae prioris spiritualis status mutatus in crassiores singu-
 tur. Nec sine horrore asseri audimus, *Christum illum homi-*
num ansum in coena immutanda ex postfacto, ut sic loquamur,
approbabuisse, atque rei & necessitati cedendo ipsummet ab insti-

tutione sua receperisse. Maligna est perversio verborum Christi, *corpus Christi*, quod pro nobis tradidisse se ipsem dicit, *mutare in corpus Ecclesiae*, pro quo Christus sic passus, & actum comedendi atque bibendi a Christo prae scriptum mutare in sacrificium aliquod spirituale & morale amoris nostri pro nostrorum & aliorum peccatorum remissione. Et quem sine audacissima σπελότητι asserere non pudeat, Deum accommodavisse se ad mores hominum, & naturam coenae sanctam in communione honorum consistentem mutari passum esse in statum quendam Sacramentalem omnibus, & non solum Sanctis, communem. Ita POIRET o *sancuum* est, quod nobis politicum & civile, quale quid esset communio bonorum, & non *sancuum*, quod nobis est Sacramentale & divinae institutionis. Et nihilominus *sanctissimis*, hoc est fanaticis, animabus permittit coena praesente uti, sed cum reservatione mentali, in quantum nimis repre sentet adhuc umbram illius fictitiae communionis honorum, cuius causa sit a Christo instituta. Non dissimulat, id per tolerantiam & conniventiam fieri, donec regnum Chilasticum adveniat, in quo ceremoniae hae omnes sint abrogandae. Unde tibi concipias velim *Sanctum Poiretianum*, qui cum coena utitur, illam neque ex mente Christi, neque ecclesiae, sed suapte opinione, percipit, reservans sibi suos conceptus falsissimos, atque sic integrum sibi esse videns, ad omnium eriam falsorum coetuum coenas accedere, cum non minus per falsam illam coenam sibi sanctitatem acquirere & consequi possit: & jam tantam credat esse corruptionem, ut ne ulla quidem ecclesia veram amplius Christi coenam habeat vel distribuat. Hunc tu *Sanctum* credas, qui nulli sententiae de coena, quotquot hactenus innotuerunt, sit addictus, cum prorsus nullam earum credat esse veram, & Christi instituto convenientem, aut potius quicquid velit, sibi persuadeat, & quidem cum sequente actuali eventu ejus, quod credit. Fiet enim, ut credent, *corpus & sanguinem Christi in coena realiter non adesse*, revera non adsit, credenti autem adesse, adsit, credenti

SACRUM

denti transubstantiationem, transmutetur, non credenti minime transubstantietur, credenti monstrosa quaevis, fiat monstrosa, maneat vero verbo Dei conformis, si ei conformiter eredat. Novum hic habemus & abundantissimum specimen systematis fidei perversissimae, contra omnem assertionem Scripturae, quae totam Sacramenti formam, essentiam & virtutem, ab institutione Christi sola, non vero a qualitate credentis, aut subjecti percipientis derivat, neque per incredulitatem Dei fidem & veritatem sufflaminari affirmat. Rom. III, 3.

§. VI. Tandem vero omnia POIRETI huc velut concentrantur, sanctum hominem bac libertate esse instructum, ut integrum ipsi sit, coena sacra uti vel non uti, apud hunc vel alium coetum uti, sic vel alter de coena credere, imo tutius agere cum, si propter defectum finis, ob quem instituta, & penuriam vere Sanctorum, ubique ea abstineat; idque tribuit divinae voluntati, quae voluntatem piis sit ademtura, ut non amplius frequentent impiorum coetus & publicas congregaciones. Quod est publice Indifferentismus ab una, & crassum satis Separatismus ab altera parte hominibus commendare. Ne vero miremur! Omnium fere Fanaticorum hac in re consensus est tantum non plenissimus, ut cum baptismo coenam quoque sanctissimam velut proculent, sub ipsa specie sanctimoniae majoris. Adhibebimus porro Bigam Fanaticam, cuius testimonii supra jam usi sumus: Ita JACOBUS BRILL, libro de vera cognitione Christi: Woblan, wie bleiben wir denn allezeit so jämmerlich hängen an den armen ersten Anfängen der leblosen Buchstaben? (per quam expressionem verbum & Sacra menta intelligit,) Kan einige Tröpflein Wasser, kan ein wenig Wein und ein Bissen Brod diß seyn? Woblan, ist denn bier inn allein verborgen die herrliche und vortreffliche Zukunft, die Christus in uns versprochen und zugesagt hat? Warum bleibe unsre Seele so jämmerlich an diesem Staube hängen? Es ist gewißlich Christi Geist allein, der uns lebendig macht nach seinem Wort. p. 133. & negat deinceps penitus unionem Sacramenta-

lem

lem cum Schvencfeldio. Et alibi: *Jede Kirche und Religion hat vor ihr selbst ihre besondere Ordnung, Dienst und Ceremonien, Sacramenten, Meynungen und Glaubensstück, worinnen sie von denen andern unterschieden.* Eben gleichwie diejenigen, die an einem Heyblock (eine machine, die Pfäle in dem Wasser zu schlagen) stehen, unter denen ieder vor sich selbst ein verschiedenes Seil in Händen hat, welche oben allzusammen an einem dicken Seil fest angemacht sind, womit sie alle zusammen eindnen und eben denselben Block aufziehen. p. 161. Ita & vera & falsa Sacraenta ad eundem scopum salutis tendere arbitratur homo corruptus. Ita JOH. PORDAGE multa in libro de Tintatura coelesti: Tract. de Paradiso p. 808. sqq. de cibo spirituali & tinctura amoris divini garrit, & sic Coenam Sacramentalis in internam aliquam nutritionem Spiritus divini per Christum internum commutat, illam vero in ecclesia usitatam ad Babelismum ablegat. Eadem lyra errant quoque plerique Fanatici. Consensem & Parallelismum studiose ostendit Colbergius Christianismo Platonicorum P. II. p. 537. sqq.

§. VII. SEPTIMUM Sancti genuini requisitum est, ut cultum publicum, qui verbi divini praedicatione pura, precibus, hymnis & aliis exercitiis pietatis verae peragitur, non negligat, sed ex monito Apostoli Hebr. X, 25. sedulo frequentet. Cui jungendum simul OCTAVUM, ut ceremonias nonnisi pias & utiles recipiat. Siquidem, ita LUTHERUS loquitur, *Dei verbum unicum illud sacrum est, quod omnes res sacras longe lateque sanctitate praeceperit & exsuperat, imo potius unicum illud mysterium, quod nos Christiani & scimus & habemus.* Nam tametsi omnes omnium Sanctorum reliquias & ossa in acervum cumulata possideremus, aut in universum omnes sacras vestes haberemus, nihil tanzen inde emolumenti caperemus, aut sentiremus auxiliū. Sunt enim res mortuae neminem sanctificare valentes. Verum enimvero Dei verbum thesaurus ille & gaza est pretiosissima, quae omnia sanctificat, cuius administriculo etiam ipsi Sancti omnes sancti moniam consecuti sunt. Jam quacunque

quacunque hora verbum Dei docetur, praedicatur, auditur, legitur, consideratur, aut repetitur memoria, ea hujus tractatione, audi- entis persona, dies & opus sanctificatur, non externi quidem ope- ris gratia, sed propter verbum, quo omnes nos sancti reddimur & efficimur. Catech. majore p. 427. ubi hanc sanctitatem ex praedicatione vera verbi divini oriundam ulterius dedit atque illustrat, finitque verbis admodum emphaticis: *quod Deo accep- tius sit sui verbi exercitium, quam omnia alia splendida hypocri- tarum opera p. 429.* Quoniam noverat Lutherus, non modo in Papatu, verum etiam inter Fanaticos hac in parte vehementer peccari, illic, dum cultum splendidum sine verbo, hic vero, dum cultum publicum aut contemnunt, aut sine cultu ejusque ex- exercitio verbum aliquod requirunt. Quod utrumque quantum a verbo Dei abludat, apparet ex eo, quod Deus promiserit se velle coetui interesse, ubiunque ad verbum ejus audiendum & cultum ipsi dandum credentes confluant atque convenient, Matth. XVIII, 19. 20. Unde talem congregationem sibi grati- simam esse non uno in loco testatur, cavetque ne conventus il- li inordinatae, sed uero τοιχοι instituantur. i. Cor. XI, 17. XIV, 40. Imo ecclesia visibilis absque congregacione, quantilla etiam sit, ne dici quidem potest ecclesia, tametsi enim unione inter- na gaudeat, opus tamen etiam est, ut ubi fieri id potest, (de tempore persecutionis enim alia ratio est, quo interdum sub cryptis quoque & speluncis congregatio impeditur,) etiam com- munione externa verbi & sacramentorum consociationem suam exerceat atque testetur. HOORNBEK. Theol. Pract. L. IX. C. XXI. p. 395. seqq.

§. IIX. Juxta POIRETVM vero Sancto jam integrum erit, cul- tui publico utrum velit vacare, utrum nolit: perinde ut in no- stra potestate situm est, ludo publico interesse vel minus. Au- diamus hominem sub specie sanctimoniae oppido profanissi- mum, quorsumcunque rem vertamus: *Totus cultus externus,* ita scribit, *quantus quantus est, nonnisi ludi cuiusdam rationem* babere videtur coram Deo, qui creaturis suis infirmis, balbutien- tibus

tibus & pueriliter ludentibus accommodare se non deditur, modo corda eorum ita attrahat sibi faciat lucri. Itaque tantum abest, eos Deo non probari, qui ceremoniae cuiuscunq; usu cogitationem ejus sibi praesentem reddunt, ut vel ipsis etiam Ethnicis, qui ita ad ipsum redeunt, praeputium suum imputet pro circumcisione, fidemque ad iustitiam. Nam maligni sunt liberi illi, qui fratres suos Deum quaerentes ideo condemnant, quod aliis modis atque ipsi utantur. Lib. IV. Oeconom. c. X. p. 126. Et porro: Omnia eodem sunt loco apud Deum, quando corda in singulis perinde ad ipsum recurrunt, qui non, quid corpus faciat, aut non faciat, sed qua in re recolligatur animus, respicit. Quomodo cunque moveatur corpus, nibil ille aut parum pensi habet, modo animus ad ipsum assurgat: bujus quippe amorem sibi soli vendicat, cum sit Deus cordis, atque adeo omnes eos, qui ipsum in intmis adeunt, cum amore recipit, quibusunque viis usi sint. ibid. Alibi, ubi eum male habet, quod Taulerum, Kempisum, S. Teresiām aliosque mysticos nonnulli rejiciant, causati, eos Idololatras fuisse, cum tamen ipse in animo suo sanctissimos illos homines nunquam idolatriae condemnare potuerit, eo descendit ut asserat, recte facere sanctum, si ceremonias omnes omnium partium in tantum magnificat, in quantum infirmiores, qui bonae sint voluntatis & cordis sinceri, bene iisdem uti conentur, hoc est, quousque per eas in amore Dei, in puritate cordis & in renunciatione peccatorum proficere studeant. Quid prodest ceremonias aliorum insultare easdemque pro deridiculo & delectamento sibi habere, & in ludos Comicos ritusque Ethnicos detorquere? Imo vero sit ita, sint licet ad imitationem gentilium expressae: quid malum in ea re erit? Quid vero est totus cultus externus coram Deo, quid est tota illa ratio officiorum externorum, quae Deo foris praestant filii sui, nisi ludus quidam? Imo quid est ipse Paradi-sus, & quicquid in vita aeterna geretur, nisi perpetua oblectamen-ta ac spectacula, & sanctae quaedam, ut ita loquar, comediae ac veluti tudi pueriles, quibus Deus cum sanctis sanctique cum Deo ulero citroque colludent? P. I. L. IV. p. 184. In eo to-tus

tus est, ut inculpet, posse sanctos non tantum ceremoniis diversis, tanquam a manu Dei acceptis uti, et si illae inter se differant, imo nunquam aliae aliis sint contrariae: quia etiam per illas divisionem suam gratiam effundat. Etenim quicquid sit, inquit, media omnia externa, quibus homines ad Deum revocantur, diversa in se immo & contraria inter se esse possunt. L. IV. p. 192. Neque veretur, ubi de Transubstantiatione Pontificia agit, eamque revera credentibus eam fieri asseverat, addere tandem: Nae homines si saperent, cum Propheta potius dicerent: Omnes spiritus, omnes mentes, sententiae, ritus, media & cultus laudent Dominum! omnesque cum pariter laudent homines, pro suo unusquisque captiu modoque intelligentiae suae. L. IV. c. 7. p. 176. Ita rursus alibi procedit, ut asserat, si quis per sui ipsius inspectiōnem intra se redire, Deumque ibidem cognoscere, audire atque adorare possit, & divinis ejus motibus se committere, quo tenebrae dissipentur, cum ceremoniis nullis ad salutem adipiscendam indigere. Habere enim Deum ipsum, Christum ipsum: si quis vero se difficulter colligere possit, sibique media & ceremonias ipse instituat, quibus animum ad Deum recolligat, ea omnia esse coram Deo justa, bona, valida & divinae maiestati gratissima, bunc enim intueri benigno oculo omnes, qui ipsum per vias quascunque quaerant, animamque & corpus & media omnia per quae quaeratur, benedictione sua prosequi. Ad cultum talem refert sacrificia ante Moysen, quae a Deo non sunt instituta. P. I. L. III. c. X. p. 718.

S. IX. Cumulari plura loca possent, quae tamē, cum eodem tendant, prolixitate supersedere malumus. Sufficiet nobis, POIRETUM haerere in ea sententia, sanctum esse & nullius & omnis religionis, quae communis est definitio Indifferentistarum & Fanaticorum! Nullius, dum, sanctum non indigere ceremoniis, asserit: *Omnis vero, dum, omnes omnium religionum ceremonias tuto eum posse imitari, imo debere, pronunciat, si hac ratione excitandum esse animum, vel uti loquitur, recolligendum putet.* Ita integrum erit, esse Separatistam, & quia credamus nos intime esse unitos, alios vero homines existere peccatores,

abstinere ab omni cultu publico ne inquinemur: Integrum etiam erit esse *Indifferentiam*, & ubi crediderimus, aliquid devotionis ritibus inesse, hos, ubicunque fuerimus, imitari, & sequi: vel etiam si ludus jocusque revera sint, nulla tamen ratione eas improbare, cum universus cultus Christianorum ludi instar sit coram Deo. Quasi vero unquam scriptura lusum dixisset, quod DEus adeo graviter mandavit & ultus est, nisi serio geratur. Si ludus jocusque fuisset arcum foederis deferre in locum suum, liberum fuisset Ursiae eam tangere vel non tangere, tangentem vero Deus prostravit & cito morte permit. 2. Sam. VI, 7. Si dixerit POIRETVS: hoc factum esse a Deo propter mandatum violatum, ne quis tangeret arcum: habeat sibi hoc ipsum argumenti loco contra suam perversissimam doctrinam, discatque, dari ceremonias, partim a Deo ipso prescriptas, partim a puriore ecclesia receptas, quae ab aliis ita differant, ut neque ab illis recedere, neque ad alias quascunque transire ulla tenus homini Christiano licet. Nam quid ceremoniarum nomine veniat POIRETO, haud difficulter judicabitur ex iis, quae supra de Baptismo & Coena diximus. Ut adeo falsissimum sit, & e diametro repugnet verbo Dei, quod *licet unicuique sancto sibi fingere aliquas ceremonias*, quibus incitetur ad Deum colendum, sic enim praeter fas occisi fuissent ab ipso Israëlitae ob cultum vitulorum, Baalis & alias ejusmodi ceremonias, nam certum & indubitatum est, & gentiles tales nugas invenisse sub opinione excitandae devotionis, & Judeeos ex eadem intentione fuisse imitatos. Ulrinque vero gravissime erratum fuisse, eventus & tot vaticinia docent, quae de ira Dei in idololatras illas exercenda agunt. Si enim Theresia aliqua similes idololatriam non commiserunt, adorando icunculas, sanctos, angelos, aut errarunt David, Jerentias aliquie divini viri, qui idolorum etiam subtiles cultores subinde acerrima maledictione prosecuti sunt: aut Deus sibi ipsi est contrarius, qui quod in aliis severissime prohibuit, in aliis habeat pro concesso, imo pro virtute & medio salutis. Pro tali enim venditat

Po-

POIRETVS etiam ceremonias inter baereticos ino gentiles usitatas, quibus per eas potuisse contingere salutem non negat in verbis supra allatis. Quam vero absurdum prorsus est effatum, & patientiam lectoris continentissimi superans, quando illos malignos fratres nominat, qui aliis cultus modis utentes condemnent. Quasi vero frater sit, qui non eodem cultus modo gaudeat, & quidem in substantialibus ipsis, & non potius scriptura saepissime afferat, unam saltem dari viam salutis, unum Deum, unum baptismum, unam fidem, si quis aliam elegerit, suo id faciat periculo.

§. X. Evidem pro animi sui calliditate POIRETVS unum alterumque explicationis vel defensionis causa adjicit, quale est, quod Deus non respiciat in ceremoniis, quid corpus faciat aut non faciat, sed qua in re animus recolligatur. Enimvero quis corpus a cultu exclusit? quod Paulus potius vult esse hostiam vivam, sanctam & Deo placentem, Rom. XII, I. si totus homo aut salvandus aut damnandus est, etiam corpus, quod facit aut sanctum aut damnabile est. Quaerit omnino Deus, quid corpus faciat in hominibus usu rationis gaudientibus, alioqui adulteri & scortatores poena divina non essent digni, cum, solum corpus peccavisse, probare possent, anima manente immuni & ab omni culpa vacua, quae in medio actu turpi ad Deum surgeret. Quae sententia pestilens dudum est rejecta & eliminata. Neque sufficit dicere, hominum animos per ceremonias quascunque recolligi. Primum enim excitativum verbum Dei & contemplatio est benefiorum divinorum. Alterum vero possunt praebere ceremoniae utiles & piae, non vero praefstant illud, sed contrarium potius, ceremoniae inanies & revera comicæ vel tragicæ, quae apud eos reperiuntur, qui a vero cultu Dei abeunt. Perperam quoque & impie Paradisi ludos innocentes cum ludis illis, quos aut gentiles aut idololatracæ alii agunt, comparat POIRETVS; illos instituit Deus, hos Satanæ & impia cohors, Εβελοθρησκεια studio abrepta. Quomodo potest esse cultus verus & λατρεία λογική in nughis & ludis, quibus nul-

latenus debemus conformari? Rom. XII, 2. Qua fronte audet
bit POIRETVS afferere, idololatricas adorationes habendas esse
pro via & medio Deo placente, quas Deus adeo severe interdum
est detestatus? Non mitigat ejus assertum, quod videatur li-
centiam adbaerendi ritibus cuiuscunque ecclesiae restringere ad
talern coetum, in quibus nonnulli pii reperiantur, si enim mere
degeneres ibi sint, nefas esse credit, ut boni abusus illorum sua
praesentia approbent. L. IV. c. VIII. p. 192. Nam si ceremoniae
& cultus aliquis superstitione scateant, quomodo aliam natu-
ram induant, tametsi aliqui sint vel videantur ibi boni? Et unde
noverit POIRETVS vel ejus sectator, *quiam ex illis probi sint,*
vel minus? Nisi enim vere tales sint, non procedere rem cre-
det ipse. Fac vero *esse probos*, numne a paucis probis supersti-
tiones invalescentes purae redduntur, an potius probi per illas
inquinantur & polluantur? Credimus sane, tutius esse in cere-
moniis & ritibus ita procedendum, ut ante omnia ad praedi-
cationem verbi & distributionem Sacramentorum attendatur,
& illa juxta normam verbi divini examinetur, rituumque ipso-
rum conditio, utrum simplices ac innocentes sint, an potius ex
superstitione aliiquid habeant, vel ad ejus confirmationem ser-
vire debeant; Atque ita vere sanctus nunquam aut vi aut blan-
ditiis inducetur, ut ceremonias verbo Dei contrarias amplecta-
tur vel approbet, non enim spectat piorum multitudinem vel
paucitatem in coetu aliquo, sed institutionem divinam ejusque
observationem, sine qua nequidem vera sanctitas dari potest.

S. XI. Neque vero id novum est aut Fanaticis minus so-
lenne, quod hic POIRETVS asserit, *Sanctum esse & omnium & nul-
larum ceremoniarum.* Ita JACOBVS BRILL: *O wo der Geist des
Herrn ist, da ist Freyheit von Uneinigkeit über den Glauben, Frey-
heit von aller Unterscheidung der Zeit und des Orts, Freyheit von
dem Unterschied des Standes, Personen und Gelegenheiten, Freyheit
von Speise und Tranck, Freyheit von allen äußerlichen Personen,
Ceremonien und Diensten, Freyheit von allem Unterschied der
Sprachen und Zungen! vom freyen Menschen im Geist.* p. 87. Ita
in

in libro von der wahren und falschen Erkäntniß Jesu Christi vi-
cissim, ubi quaestione movet: Ob der Mensch an die Ordnung,
Dienste, Gesetze und Ceremonien einer Kirche so gebunden, daß
er gehalten sey, allezeit dabey zu bleiben, und ob er solte davon
befreyet seyn, wenn dieser Verfall, warum diese sichtbare Kirche
eingeführet wäre, in ihm verbessert und hergestellt ist, auch den
Sohn Gottes in den Geist der Gnaden aufgeweckt? prius negat, al-
terum vero affirmat, ex eo medio termino, quia omnes ceremoni-
iae cuiuscunque religionis ad unum eundemque scopum tendant,
unde integrum sit, omnes aut pro libitu adhibere, aut etiam in
statu perfectionis positis omnes in universum rejicere. Iede
Kirche und Religion hat vor sich selbst ihre besondere Ordnung,
Dienste und Ceremonien, Sacramenten, Meynungen und Glaubens-
stücke, worin sie von denen andern unterschieden; Eben gleich-
wie diejenigen, die an einem Heyblock stehen, unter denen ieder
vor sich selbst ein verschiedenes Seyl in den Händen hat, welche
oben alle zusammen an einen dicken Seil fest angemacht sind,
womit sie alle zusammen ein und eben denselben Block aufziehen.
p. 161. Quidsi vero in hoc incondito simili erret BRILLIUS, &
intelligeret coecitate abjecta, homines quorum non nulli mo-
lem illam sursum trahant, alii vero funibus suis eodem tempo-
re deorsum, annon videret absurditatem suae similitudinis,
quae conjungit haereticos & recte docentes atque credentes,
quos tamen Apostolus tanquam lucem & tenebras a se invi-
cem disjungit, unde etiam unum jugum cum illis trabere serio
prohibet 2. Cor. VI, 14. & fugiendam omnem idolatriam cen-
set, sive in mente, sive in ritibus externis consistat. 1. Cor. X, 14.
Nec multo alter JOH. PORDAGIVS, qui idem esse existimat cui-
cunque formae ecclesiae externae aliquis adhaereat, dummodo vo-
luntatem suam divinae voluntati subjiciat. Tract. de paradiso
& Babele spirituali. p. 746. quasi illa duo se mutuo non ever-
tant, falsae ecclesiae adhaerere, & tamen divinae voluntati ob-
temperare, quae tamen hic praeter ipsam rei naturam com-
pinguntur.

§. XII.

§. XII. Placet vero brevitatis studio reliqua etiam intueri. NONVM enim, DECIMVM, UNDECIMVM, DVODECIMVM ac DECIMVM TERTIVM diximus sancti vcri attributum esse, ut propter satisfactionem Christi, per fidem veram, justificationem & remissionem peccatorum impetraret, quae fides pro objecto habeat incarnationem, nativitatem, ut & passionem ac mortem Salvatoris: Haec sane constituant non tam elementum, quam fundamentum Christianae religionis & Acropolim omnium credendorum. Et si vel maxime reperiantur, qui hypothesibus satis periculosis unum alterumque ex his momentis vellicant & lacescant: hoc tamen in universum omnes concedunt, quod illa quinque requisita in vere sanctum cadant, tametsi deinceps circa satisfactionis universalitatem, justificationis formam, fidei naturam, discrepant non parum. Scriptura S. hic lucem fulgidissimam praefert dubitantibus & disertis verbis illa proponit, Rom. III, 24. 25. VIII, 32, seq. Eph. I, 7. & locis aliis satis evidenteribus atque perspicuis, ex quibus appareat, ecclesiam nostram puram custodire doctrinam, & ne tantillum quidem a Spiritu S. mente atque sententia dimoveri, quando omnem justificationem in satisfactionis Christi plenariae & inde redundantis meriti applicacione & imputatione reponit, & illam aliter quam per fidem fieri negat, opera omnia ex hoc articulo *excludit*, atque sine hac justificatione nequidem ullam esse posse *sancimoniam* vel *sanguinem* vere tales concedit: fidei vero objectum salvificum non generale, sed *speciale*, imo specialissimum mortem & meritum Christi constituit, extra quod salus aeterna nulla ratione aut dari aut expectari possit. Cum e contrario in dissentientium ecclesiis nunc ordo, nunc objectum, nunc medium, nunc forma male satis describantur, de quo vero hic agendi locus non est.

§. XIII. Communem velut hic hostem eoque periculo-
siorem agit POIRETVS, quo sub pallio speciosiore sanctitatis pro-
ponit errores suos. Secus omnia, quam par est, hic gerit.
Credit enim & profitetur, *Sanctum suum esse posse absque pae-*

via

via satisfactione Christi: docet posse eum esse absque fide iustificante: persuadet libi eum esse posse absque perfecta remissione peccatorum: nec dubitat afferere, quod esse posse sine fide in incarnationem & nativitatem, imo ipsam mortem Salvatoris. De singulis ejus verba nos edocebunt. Quod primum concernit, totam doctrinam sanctorum de satisfactione Christi vicaria reicit, tanquam quae sanctitati verae magis obliquetur, quam proficit, & inde capiant Sociniani ansam suarum speculationum, esseque cogitatum Scholasticum, quod solidioribus & maxime orthodoxis Theologis fuerit suspectum. Praefat. ad Lib. IV. Oecon. §. II. statuit Patrem nullam satisfactionem vicariam & plenariam requiriisse ob personae charitatem & magnitudinem L. III. pag. 652. Unde totam Iustitiae punitivae notionem esse falsam, & sufficere amorem condonantem p. 659. 661. Imputationem hic nullam babere aliquem locum, p. 817. & sacrificium Christi per solam imitationem & participationem nostrum fieri, p. 823. scribit. Interdum satisfactionem a Christo praestitam esse largiter concedit. L. IV. c. 3. p. 85. sed vicariam fuisse & hominum vice praestitam negat ib. Quanquam status aerumnosus Christi satisfactorius sit, inquit, non tamen hanc ob causam putandum est, satisfactionem hanc hominibus exemptionem vacationemque afferre: nam ex contrario haec ipsa potius satisfactione eos inducere debet, ut & ipsa sua ex parte Deo satisfaciant. Unde satisfactionem triplicem constituit: & vocabulum ipsum satisfactionis, ut ab hominibus exigit, emolliire studet, rigorem tamen revera ei aufert, tametsi probe praeviderit hoc assertum pro blasphemo plerosque esse habituros L. c. p. 57. seqq. & L. III. c. V. p. 661. seqq. Non dici potest, quam incongrua sint, quae & in antecessum ponit, & in consequentibus elicit, ipsam poenam, pro qua satisfacendum, falso satis definit, & non per modum aliquem positivum agendi erga creaturam, sed nudam cessationem communicationis bonitatis divinae definit, quod sane si esset, frustra praeter de relictionem divinam etiam Propheta inflictionem actualem

C

do-

dolorificam poenarum Jesu Patienti impertitam adscripsisset Esa-
ias c. LIII. s. 6. II. p. 660.

§. XIV. Ita quoque fidem justificantem ipsam necessariam
non esse sancto, somniat. Mirum tamen non est, cum notio-
nes de fide falsissimas habeat: & nihilominus credat, se cum su-
is solos nosse naturam fidei, aliis vero nihil minus aut saltem pe-
jus cognitum esse L. V. c. 3. p. 375. Conceptus de Deo, de Christo,
revelatos, steriles, exangves, mortuasque ideas nominat, ac ima-
gines figmentaque, idola execranda mortuac fidei, paucas saltem
reliquias de veteri fide superesse. p. 382. Ipse vero conceptum
suum de fide sic format, ut eam ratione voluntatis deside-
rio quodam absolviri credat, consistente in vacuitate omnium crea-
turarum p. 401. Conversione ad Deum, animae intelligentia & ac-
quiescentia in Deo, determinatione nulla animae ad particularia
sinceritate & plenitudine, continuatione & constantia, ut & fidu-
ciae plena resignatione. Ratione vero intellectus requirit tum
ejus evacuationem, tum inactivitatem animae lumini Dei expo-
sita, tum Filii Dei in anima nativitatem & praesentiam, p. 404.
seqq. ac tandem fidem definit, quod sit deditio desiderii, spiri-
tus, cordis & libertatis nostrae, soli Deo confidenter & vere facta,
cui deditio inseparabiliter coheret intima praesentia Dei, de-
siderium animantis, intellectum illuminantis, cor pacificantis, o-
mnesque animae motiones firmitatis atque dirigentis ea ratione
qua divinae ejus maiestati collabet. p. 433. Unde etiam Symbolum
suum edit p. ead. quomodo credit in Patrem, Filium & Spi-
ritum S. sed ita perverse illud concipit, ut fanaticismum suum
universum in eo mire delineaverit, de quo negotio seorsim for-
te aliquando acturi sumus; Neque dissimulat a fide sua justifi-
cante, quam statuit, abesse omnem imputationem meriti Christi,
sed meram conformatiōnem & immersionē in Spiritum mortis
& passionum Filii Dei. p. 445. Quae omnia fundamentum do-
ctrinae Christianae radicitus evertunt, nihilque fere integrum
& inconcussum relinquunt; neque ipse dissimulat, se non igno-
rare,

rare, quod a multorum sententiis in diversum abeat: de bac re tamen non esse sollicitum. P. 379.

§. XV. Non dubitat porro sanctum sibi concipere absque ulla remissione peccatorum perfecta, sufficit enim ipsi dissimulatio atque oblio Dei eorum, quae male gesta sunt L. III. pag. 682. adeoque ex mente ejus non tam est οὐ θεος, quam πάρεστι, non reatus abolitionis sed sepositio, qui error ex falsa idea de Justificacione nascitur, de qua mox dicturi sumus. Concipit praeterea sibi sanctum & justificatum absque ulla fide directa in incarnationem & nativitatem Filii Dei, atque persuadet sibi, eum esse salvatum tametsi aut eam ignoret, aut non credat. De ipsa incarnatione, eam jam ante Adamum esse factam fingit, Christumque ratione corporis & animae Israëlitis apparuisse, & inter eos habitavisse, Lib. III. p. 796. & nihilominus corpus illud ex Adamo defunisse sibi persuadet L. II. p. 498. quod tamen cum fuerit gloriosum, voluisse eum carne mortali ex virginе assumta investiri & obtagi, eoque sine corpus suum reduxisse ad tantam pravitatem, quantam habuerit, cum ex Adamo prodiret, & quae alia sunt nugamenta, quibus incarnationem & exinanitionem Christi deturpavit. L. IV, p. 63. sq. De hujus etiam rei veritate se ita certum asserit, ut si aliter se haberet, totidem aenigmata sint futura nulla arte evolvenda, quaecunque de incarnatione Filii Dei in Scriptura habentur. L. III. p. 801. Eo tandem descendit, ut Christum multas imo plurimas naturae corruptae inclinationes sensisse, sed sine peccato, quia mortificatione crebra usus sit, unde etiam morbos & turbatos humorum motus senserit. L. III. p. 56.

59. 66. Quae omnia si quaeras unde didicerit, Bourignoniae tandem illa revelata esse praetendit, non attendens, quod talibus plus veritati religionis Christianae noceat, quam prospicit, & ex tam impuro fonte, ad quem provocat, nihil nisi turpe & foetidum propullulare potuerit. Quem vel solus Johannes refutat animosissime, quando eum Spiritum Anti-Christianum nominat, qui non credit, quod Jesus venerit in Carnem. I. Joh.

IV, 2,3. adeo ut incarnationem aut ignorando aut negando fides revera amittatur, neque salvari ejusmodi homo aut pro sancto declarari possit: Multominus qui talibus commentis doctrinam illam innocentissimam & plenissimam in verbo Dei revelatam perturbat, aut perturbatam amplectitur.

§. XVI. Crederes vix oculis, si legeres POIRETVM idem de morte Salvatoris statuere. Veruntamen fideles & in V. T. & in novo sine omni Cognitione & fide in hanc mortem salvatos fuisse impudenter & imprudenter pronunciat: Christus (qui semper idem manet) cum eodem merito suo homines per diversa media salvos praefstat. Principio quidem sine morte sua eos servavit: at deinde, postquam per magnitudinem corruptionis atque malignitatis hominum media prima fructu carere coeperunt, eosdem per mortem suam servare voluit. Hac methodo manifestissime apparet, qua ratione fideles ante Christi adventum serviati fuerint, mortem tamen ejusdem non cogitantes, quae ante Davidem nusquam aperte clareque praedicta invenitur, nam quae ex Cantico Mosis afferunt, ad illam nulla ratione pertinent. L. III, p. 793. Ita statuit porro mortem & perpetuationem Christi ejus merito nullum pretium atque dignitatem dare. Sed contra meritum atque dignitatem personae morti pondus conciliare, unde persona eundem valorem habeat in se morte vel accedente vel non accedente, ut opus non fuerit morte, nisi ex arbitrio. ib. p. 792. Eodem sensu distinguit inter meritum & sacrificium, illud praecedere, & sine hoc esse potuisse, asserit ib. p. 826. contra evidentem Scripturae literam, quo sine sanguine redemptoris nullam remissionem & reconciliationem habere locum disertis verbis testatur Hebr. IX, 12. Quod ubi videt POIRETVS sibi omnino obstarre & substitutionem, seu vicariam mortis Christi conditionem nobis ob oculos ponere, distinguit alicubi illam in exclusivam, qua se peccator ab imitatione mortis Christi excusat eamque renuat: & inclusivam ubi homo se morti Christi conformet, Monito ad L. IV, §. 2. Parum tamen sic se liberat,

rat, sed potius majoribus difficultatibus implicat, quomodo enim evincet, vicariam mortem, si illa plenaria sit & sufficiens, requirere nihilominus hominis peccantis mortem ad praestandam satisfactionem? rursus contra evidentia verba Pauli, Gal. II, 19. 20. 21. ubi materiam de οὐντανοῖς fidelium cum Christo longe aliter exponit, & morti Christi omnem eamque plenissimam & abundantissimam satisfactionem tribuit.

S. XVII. Nihil vero absurdius aut a veritate religionis Christianae & fidei salvificae magis alienum a POIRETO excoxitari poterat. Sanctus sine sancta satisfactione Christi! Sanctus absque justificatione & imputatione sanctissimae obedientiae Christi, sanctus sine remissione peccatorum, sanctus sine fiducia in mortem, nativitatem & incarnationem filii Dei, monstrum sane horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum! Mirentur, quibusunque volupe est, nugas has POIRETI, quotquot animum habent novaturientem & portentosis sententiis assuetum: Pius sanctusque animus & veris doctrinis imbutus deplorat hos coecitatis fructus in homine dari posse, qui prae multis imo fere omnibus aliis sapientiae & sanctitatis laudem affectat: & tandem non miratur, ejus mentem ad ejusmodi deliria transisse, quae per tot inania praeparamenta & praejudicia ab una & sola salutis via est abducta. Alunt enim haec monstra omnia plerique Fanatici, & sufficiet nobis trinos rursum testes allegare, quoad singula momenta. JACOBVS BRILL in descriptione status sui corrupti ante conversionem, ad illum etiam refert, quod non dubitaverit Jesum Christum pro suis peccatis plenarie satisfecisse, & tamen illa fide non fuerit sanctus: *Der freye Mensch im Geist p. 84. sq.* Et in libro de vera & falsa cognitione Christi operosus est, ut doctrinam ecclesiae nostrae receptam de justitia & satisfactione Christi pro nobis evertat & neget: *Die Gelehrten eignen den Menschen ungefehr anderthalbe Gerechtigkeit zu, eine vollkommene, die Christus an unsrer Stelle sollte vollbrachte haben, welche auf unsre Zurechnung*

nung gestellter wird durch den Glauben, und eine halbe oder stückweise, welche Christi Geist in uns würcke, zu Heiligmachung des Lebens; so würde ein Gläubiger, anstatt, daß er zu kurtz schließen sollte, Gott überflüßige Wercke zu bringen in Christo, woraus man erkennet, wie uneben unsre Sachen berauskommen, und wie jämmerlich man verlobren läuft, wenn man in eignen Verstand, Weisheit und Willen fällt, und es doch will ausmessen vor die göttliche Weisheit und Warbeit selbst. p. 88. quasi vero hoc postremum judicium non ipsos potius Fanaticos feriret, qui propriis somniis quam Scripturae obsequi malunt. Ita *Dottedinam de lytro Christi externo pro peccatis omnibus humani generis pertinere ad sultum, ineptum & Carnalem Christianismum, & pugnare adversus veram cognitionem Christi, profiteatur satis impudenter.* p. 93. Thesis ejus contraria est: Lieber, wer bat uns denn gelehret, daß Christus zu einem andern Ende in die Welt gekommen sey, als wir alle in die Welt gekommen seyn? Oder daß der Geborsam, den wir Gott bringen, nicht sey der Geborsam Jesu Christi selber in uns? So vollbringt Christus wohl das Geistliche vor uns, und an unsre Stelle, denn er zbut es nicht außer, sondern inwendig in uns durch die Kraft seines Geistes und Gnade p. 90. ubi aperte Scripturae contradicit, quo omnino adventus Christi finem longe alium, quam aliorum hominum fuisse asseverat, quam dilucide *Luc. XIX, 10. Matth. X, 34. Job. X, 11.* Unde etiam ridet fidem in meritum Christi, & ad errores suos ante conversionem illam refert, iliaque omnia, quae de Christo in Scriptura referuntur, in nobis fieri debere, *Tract. Freye Mensch im Geist,* p. 51. Unde etiam facile judicabitur, qualia deliria de ipsa incarnatione Filii Dei hinc inde disseminet, fieri enim hanc non minus plane intra nos, & quidem absorptione aliqua in Deum, *Tract. de vera & falsa Christi notitia.* p. 42. eadem quoque ratione, qua Poiretvs filium dilectum a Deo absorptum & penetratum esse dicit. L. III. p. 65r. Quod commentum orthodoxae doctrinae de incar-

incarnatione substituit. Nec aliter de fide in mortem Christi loquitur, quam nequaquam vicariam esse credit, sed ubi videatur illud admittere, nihilominus intra nos fieri eam debere persuasus est, sanctumque sic egere illa passione & morte vicaria quam Petrus talem esse pronunciavit. I. Petr. II, 22. magna satris impudentia negat. Constituit enim sanctum hominem ipsum, tanquam sacerdotem, qui ex Christo in sanctum & sanctissimum, non sine suo proprio sanguine, id est, sanctimonia, quam dicit Dei esse sanguinem in ipso, ingrediatur. p. 32. lib. de libero homine.

§. XVIII. Eadem qua BRILLIVS ratione, J. o. quoque PORDAGIVS rem suam gerit, & POIRETO partem respondet maximam, nisi quod in nonnullis ipsis quoque alias fanaticos deferat. Unde ubi de perfectione falsa & spuria agit, ad eam refert doctrinam de merito Christi & imputatione ejus & negat Christi obedientiam activam & passivam, quae nostra causa sit praestita. Atque in hoc suo errore tuendo aliquando JAC. BOEHMIV M, nobilem certatorem praebusse scribit, quamvis ipsis tandem etiam Quakeros aggrediat, & perfectionem, quam sibi imaginentur, acriter satis perstringet. Tract. de Paradiso p. 599. 581. sq. Ita negat Justitiam Christi acquisitam, aliamque nobis substituit: *Das ist die Sache, die für Gott gilt, daß wir in unsern eigenen Willen des Todes sterben, daß wir sterben an unsern eigenen falschen Willen, und an unsern eigenen irridischen Begierden, und stets die irridische Selbstheit tödten, und das Licht auslöschen: Sich trösten, und Christi Leyden forne an die Spitze stellen, ist das wahre Evangelium nicht, noch ein Evangelischer Glaube: Nein, nein, das ist ein Glaube gänzlich außer und nicht in uns!* Ib. p. 757. Ergo secundum ejus mentem aut nihil proficiet Christi meritum, aut saltem secundario loco ponendum erit, quo nihil absurdius fingi potest. Doctrinam nostrae Ecclesiae de *Justitia Christi, remissione peccatorum, adoptione, temptatione, sanctificatione, an-* numerat

numerat corruptae calci, qua ut antur mali architecti ad turrim Babyloniam rursus erigendam. Ead. p. 740. & p. 730. omnes libros, qui de hac materia agunt, pro lapidibus habet, quibus Antichristianismus fabricatus sit: alle die gedruckten Predigten die den Seelen der Sünder einen Weg anweisen zum Stande der Gnaden zu kommen, dadurch, daß nur glauben an Christum außer ihnen, und daß er am Creutz für sie gethan hat, wie das ganze Werck in Christo vor sie vollendet sey, so, daß nichts von ihnen erfodert wird, als solches zu glauben, darinnen zu ruhen, sich darauf zu verlassen, und darauf zu vertrauen: Diß sind die halbgebrandte Ziegeln, womit das euerste Babel aufgebauet ist. Tr. cit. p. 733. quasi unquam Orthodoxi articulum de Bonis operibus silentio praeterierint, & Scriptura non ubique *ad fidem solam*, ubicunque de mediis salutis agit, ablegaret, & tunc de sanctimonia hominum prorsus sileret. Ita quoque in sanctis suis loco Christi externi pro nobis natū & passi, internum commendat, qui sit im Geistlichen Aufßuß eine Göttliche, aus dem Gott-Menschen Christo hervorfließende Kraft, die sich in unser Hertz, als in ihren eigenen Ort und Centrum hinein setzet, vermöge welcher das ewige Wort Gottes eben die Dinge in uns verrichte, die es in dem Menschen Christo Jesu, so aus der Jungfrau Maria ist geboren, verrichtet hat, p. 638. somniat ibi: *Deum alicui, forsitan Poireto vel Bourignoniae, revelavisse, quod verbum aeternum mox ab Adamo creato carnem accepisse, antequam ille fuerit lapsus, & nihilominus etiam carnem in virgine Maria assumisse.* Ita historiam de Christo externo habere ubique nucleum mysterio plenum de Christo interno dicit p. 646. sq. de quo multa adhuc incondita & prorsus a regula fidei directe abludentia, differit, & tandem omnia eo concentrat, ut sub specie mysteriorum universam Articuli de Christo structuram evertat: *Dieses ist das Geheimniß aller Geheimnisse: Der Sohn Gottes ist der wesentliche Christus Gottes, und der wesentliche Christus Gottes ist der Sohn Gottes, und also ist der wesentliche Christus Gottes das*

*das verborgene Geheimniß in Christi verklärter Person : welches
wenig Menschen verstehen, viel aber unrecht verstehen, oder miss-
deuten, und dahero dawider fechten und schreiben.* p. 681. Vi-
dimus supra, quomodo homo vertigine plenus incredulos
ipsoſ in aeternam salutem collocaverit, quia Deus mysteria sua
ipſis interius sine verbo communicet. Qua sententia quid
magis absonum dici aut excogitari magis fanaticum possit, non
videmus.

S. XIX. Suffecerit, hunc parallelismum adduxisse, ut in-
telligamus, sicuti Spiritus Sancti dona unitatem fidei inducunt;
ita etiam spiritum malignitatis, tametsi multa ibi inter se non
ex aſte cohaereant, nihilominus per periculosisſimas hypothe-
ſes atque praefuppoſita, ſibi etiam unitatem quandam compa-
rare velle, adeoque ſuis inspirare eandem velut mentem, ag-
grediendi fundamenta religionis Christianae, aliaque carni &
rationi magis placentia ſubſtituere. Patebit hoc ex ſequenti-
bus quoque momentis. Sancti enim requiſitum XIV. diximus
in eo reponi, quod *Sanctus ante justificationem pro tali habe-
ri nequeat, sed XV. poſt justificationem demum sancte vivat,*
et ſi absque perfecta legis impletione. Haec quidem ex priori-
bus ſponte fluunt; Et ipsa quidem justificationis indeles, con-
ceptu de ea ex S. literis recte formato, aliud non permittit. Eſt enim
absque omni dubio, (quicquid demum ex Romanenſium
placitis nobis oggeratur,) actio illa Dei forenſis hominem pec-
catorem, & in ſe damnatione dignum, propter Christum fide
apprehenſum ex mera gratia *absolvens*, & justitiam Mediatoris
imputans atque applicans, utpote quas phrases Scriptura uti
adhibet, ita etiam intelligi vult simpliciſſime, Rom. IV, 3. V. I.
III. 28. Quam demum inequifitum nexus indiuiſlo *Sanctificatio*
f. renovatio Spiritus S. qua justificato & reconciliato credenti
adeſt & inefſt, fructibusque ſanctitatis animum ejus implet, ut
sanctus deinceps dici queat. Gal. V, 22. Rom. VIII, 14. Hic or-
do naturalis eſt, qui ſi ullatenus invertatur aut violetur, to-
tam ſalutis catenam rumpi necesse eſt. Pone enim *sanctum*

esse ante justificationem: aut nihil erit justificatione tunc opus, aut justificatio ipsam illam sanctificationem antecessit, aut sanctificatio locum habebit in homine nondum reconciliato; Quicquid elegeris, convincet te, fieri non posse, ut aliter actus ordinentur, quos Deus circa homines credentes suscipit, quam factum est, adeoque ponendum esse, ante omnia, actum justificationis sequi debere sanctificationem. Atque hanc ipsam non esse concipiendam sub notione impletionis legis, nam neque haec in *sanctificatione* requiritur, cum impletor solus legis Christus sit, requiritur vero *studium* accuratum maximeque sollicitum in omnibus, quae ad exercitium verae pietatis spectant, expediundis & consequendam, si fieri possit *etiam*, Philip. III, 12. quod vero, cui non fiat, facile apparet, si cogitetur, hominem credentem vivere *in lucta*, quamdiu vivit, itemque *in victoria* subinde reportanda, sed *interrupia*, non *perpetua*, & indeſinente, qualis sola impletionem legis conficeret, utpote, quae ullam luctam ne quidem admittit, sed omnimodam absentiam malae concupiscentiae, quae tamen hominibus a primo lapsu Adami naturalis & innata est, requirit; Unde facile *ad vocula* implendae legis in homine eriam sanctissimo manifestatur, saepius a Scriptura tacta & indicata. Rom. VII, 12. sqq. VIII, 3. Ut jam certus character haberi possit, uti Anti-Christianismi & Fanaticismi, *jactare* legis impletionem perfectam in *sanctificatione* seu operibus propriis, cum tamen sola illa impletio legis valeat coram justissimi Dei throno, quam Filius patiendo in cruce pro nobis praestitit. A qua, si semel infeliciter recedatur, non dici potest, quanta devia se offerant, in quae homo præcipitetur. Exemplo est Mahomedismus infaustissimus, qui ubi a vera doctrina de justificatione descivit, atque ad propriam legis impletionem urgendam se convertit, in tot divortia sententiarum periculosisimarum & absurdarum conjectus est, ut non sine taedio piae animae de illis cogitent vel audiант. Conf. HOTTINGERVS in Historia Orientali L. II. c. VII. p. 587. sgg. aliisque, qui portentosa illa dogmatum monstra exquisiverunt.

§. XX.

§. XX. Neque tamen dubitat hic POIRETUS, non minus, quam in reliquis a puritate doctrinae coelestis abire, & commentis ingenii, sublimiora paulo quam pars est spirantis, vel dictaminis spiritus fanatici obtemperare. Primum enim hic in ea haeret sententia: *Possit, immo debere, esse homines sanctos ante Justificationem:* Ubi hanc esse actionem forensem, simul concedit: *Iis, qui tantopere, & ad naufragium usque contendunt, justificationem esse actum quendam forensem, libenter accedo & consentio.* L. V. C. VIII. p. 525. Quod si serio ageret, nunquam fieri posset, ut sanctificationem praeponeret justificationi, si enim hoc, nullum locum amplius haberet imputatio meriti Christi peccatori facta: & quid opus, si homo ipsemet virtute Spiritus S. legem implevit? Hoc vero ipsum esse utrumque absurdum, quod POIRETUS habet & venditat pro veritate, pro dolor! & lectoribus misere imponit. Rem ita concepit, remotis & negatis a se omnibus, quae aliqui vere & orthodoxe nostratibus hic dicuntur, illi vero fordent, tanquam rejicula: *Hominem a Spiritu S. purificatum & illuminatum tandem in se & fundum animae sua penitus introspicientem, nihil prorsus reprehendere credit, quod Deo displiceat & condemnationem mereatur, unde quodam actu reflexo gaudeat se esse reparatum, justum & rectum, nihilque adeesse, quod non tale sit.* Hanc operationem vel declarationem Dei in anima dicit POIRETUS esse suam Justificationem; Neque illam sicutem consistere arbitratur, in nuda remissione peccatorum vel imputatione meriti Christi, sed in plenaria declaratione, quod homo sit subiective perfectissime sanctus. Unde etiam justificationis illius quosdam gradus singit, ultimumque aliquem, qui adversus omnes accusationes sufficiat, ita ut homo justus sit vere, idque justitia, quod notandum, infusa & inhaerente per fidem & charitatem. *Quae justitia, pergit, necessario in ipso inesse debet, antequam Deus sua declaratione eum justificare, atque ita ejus animum tranquillum reddere possit.* l. c. p. 522. Formale suae illius Justificationis consistere existimat, tum in perfecta animae puri-

puritate per fidem & spiritum S. ingenerata : tum imputatione,
 & quod majus sit, applicatione meritorum Christi : tum in im-
 putatione fiduci ad iustitiam : tum in declaratione Dei judicaria,
 qua animam ille puram pronunciet, neque quicquam in ea su-
 pereffet, quod condemnari possit : qui actus postremus justifica-
 tionis sit formalissimus & completissimus, qui tamen a reliquis
 separari non possit, & perfectam purificationem ac peccati abo-
 litionem praecessisse necessario requirat, non enim nisi peccato
 mortuum justificari & a peccato absolvvi. p. 524. sq. Tametsi ve-
 ro hic nobiscum loqui videatur hinc inde POIRETUS, mil-
 le tamen errorum spicula sub hoc melle recondit, omniaque
 sursum deorsumque miscit. Confundit enim justificationem
 primam cum secunda, & continuata, utpote quam antecedere
 posse opera quaedam sancta, non est negandum, non tamen in
 justificatione adesse vel respici ad opera ulla sancta certo certius
 est, sed intrudit ea POIRETUS, quae intrudenda non sunt. Nam
 & fides, quae natura sua antecedit justificationem, non est op-
 pus, sed organum apprehensivum meriti Christi, & justificationis
 ipsius, unde falsissimum est formale primum POIRETI,
 quod reponit in perfecta animae puritate per fidem & spiritum
 Sanctum. Quomodo enim puritas & inhabitatio Spiritus San-
 cti, ubi nulla adhuc facta est reconciliatio, & veteris peccati
 deletio atque obliteration? Hanc igitur primum fieri debere,
 antequam de propria sanctimonia ullus sermo institui possit,
 nullum est dubium. Taceo etiam, quod confundat actum
 justificationis cum ejus effectu, qui potest esse πληροφορία ho-
 minis justificati, utpote quam sic pessime ad ejus formale re-
 fert. Nam si concedit, ut concessisse videri vult, justificatio-
 nem esse actionem forensem, eam pessime concipit, quando
 eam singit intra nos fieri, quae tamen sit extra nos, coram
 throno Dei, cuius tandem actionis fructus tendit intra nos per
 operationem Spiritus Sancti, qui πληροφορία illam nobis con-
 ciliat, & intrinsece operatur, Rom. VIII, 15. 16.

S. XXI.

§. XXI. Gravissimus vero hic error est, quod in justificatione campingat in unam massam ac materiam, tum *opera & merita Christi*, tum *opera Sanctorum justificandorum*; nam sic alteratur & deturpatur tota structura & forma verae justificationis, a Scriptura suppeditata, quae de *operibus & puritate inhaerente fidelium nihil* in hoc articulo commemorat, sed pure & nude ad Christi meritum eos, qui justificari volunt, allegat. Id quod probe subolfecit POIRETUS; dicit enim, Regulas cumprimitis duas sibi hic procul dubio objectum iri, v.g. I. quod *justificatio sanctificationem praecedat*, II. quod *Bona opera non praeceperint justificandum, sed sequantur justificatum*: additque, rem hanc non esse difficultem, sed conciliabilem, dummodo notio justificationis recte teneatur. Atqui vero meminisse debebat POIRETUS, se velle etiam nobiscum forensim notioiem amplecti: nihil itaque diversa acceptione vocis justificationis lucrabitur, cum non videri velit alia significatione uti, quam quidem nostra, utpote quam & non aliam noverit esse Biblicalam & genuinam. Mavult itaque nodum gordium discindere, quam solvere, & audet asserere, *falsissimum esse, quod justificatio sanctificationem praecedat*. p. 529. Et ne videatur sine specie veritatis aliquid dicere, provocat ad ordinem a Scriptura hinc inde observatum, ut Rom. VIII, 29. ubi *praeognitionem, conformitatem cum filio Dei*, id est, *sanctitatem, vocationem, justificationem & glorificationem*, tanquam actus Spiritus S. ordine quodam commemorari, & *sanctificationem primo velut culmine locari* observat. Nihil vero poterat minus aptum inveniri ad causam POIRETI colorandam: nam non dicit Apostolus, *Deum homines credentes primum praeconovisse, deinceps sanctificasse, mox etiam vocasse & justificasse*; sed ita loquitur: *Deum praeconovisse, quinam sint furui συμφοι imaginis filii sui, & in iis exercuisse actus illos, quos enarrat salutares*. Quicquid vero praevidit Deus ultimum futurum, illud etsi ordine Grammatico, seu dictionis & doctrinae sit primum, ordine naturae tamen ultimum est.

Ut diceremus absurdum unum & alterum evidentissimum ex interpretatione Poiretiana oriri, ut quod ipsa vocatio sanctificationem ita insequi debeat, quod quam pugnet cum ordine divinorum actuum, facile apparet; quamvis huic dubio quoque occurrere voluerit POIRETUS, & per vocationem actualiem, purificationem ipsam intelligit, contra omnem indolem loquendi Scripturae, quae ita ab hominibus illis torquenda erat & distrahenda, ut scena, sive velit sive nolit, quodammodo inserviat. Alia dicta affert ex 1. Cor. VI, ii. ex Tit. III, 5. 6. 7. & aliunde, in quibus tamen vel ipse probe perspexerat, non adhibitum esse ordinem naturae, sed doctrinae, & interdum praeterea sanctificationis vocabulum laxius capi, ut regenerationem & renovationem comprehendat. Ita ut in illis omnibus praesidium suae causae reperiat nullum.

§. XXII. Quae circa alteram regulam sibi objectam: *Opera bona non praecedere justificandum, sed sequi justificatum:* excipit ac monet POIRETUS, causam ejus non magis salvant. Nam, quando opera in tres classes sejungit, aliaque facit *opera carnalia legis*, alia bona opera rigorose sic dicta, alia vero opera, quae fructus Spiritus S. sint, & primam classem neque antecedere, neque sequi justificationem, alteram antecedere, tertiam vero justificatum insequi, contendit, male satis rem suam agit. Ut enim de prima classe hic plane sermo non est, cuius opera non hemisphaerii sunt superioris, sed naturalia opera, apud gentiles reperiunda: Ita altera classis pro operibus bonis venditat, quae talia in rigore dici nequeunt, & retius appellabuntur paedagogica, qualia sunt frequentare templum, legere vel audire verbum, aliaque huc spectantia, quae si a credentibus siant, jam sunt fructus gratiae sanctificantis, adeoque justificationem iam factam praesupponunt. Tertiam vero classem fructuum Spiritus S. quam constituit, quod fateatur insequi justificationem, recte equidem hoc facit, quomodo vero haec cum ejus sententia, quam prius defenderat, consistere queant, nullatenus videmus: adeoque propria caedit

dit vineta. Acceptamus præterea & hoc in causam & præsidium veritatis coelestis, quam contra POIRETVM defendimus, quod tandem, quando *Justificationis eminentem gradum constituit*, p. 534. qui detur apud perfecte puros & justos, (hos enim fatetur interdum nibilominus inquietari, & quomodounque accusari, non quidem a Deo, neque a Diabolo, sed a conscientia tametsi purissima;) horum accusationi & inquieti remedium aliud deprehendi non posse idoneum & sufficiens, tandem vel invitus profiteatur, quam imputationem meriti & satisfactionis Jesu Christi: ut recognitent credentes, ipsum in iis esse, intime ab iis possideri, & omnia, quae in ipso sint, & quae ab ipso sint prædicta, quo solo solatio animam tandem placari posse, non dissimulat. Quo testimonio vel solo suometipsius adigi poterat POIRETVS, ut sanctitatem in opus *Justificationis* non ingessisset, sed quodlibet in suo ordine & limite reliquisset. Imo & alterum errorem de impletione legis propria sic profligari, probe animadvertisset, dum enim nobis largitur POIRETVS, sanctissimum etiam tandem non babere, in quo requietat, nisi in solis vulneribus & merito Jesu Christi; Quomodo potest ad illas nugas delabi, quod Sanctus propria sanctitate implere legem Dei possit? Si enim posterius verum, quid opus, quæso, ulla satisfactione Christi & fide in eadem nitente? Ut plura argumenta brevitas causa omittamus.

S. XXIII. Habet vero & hic contributes suos POIRETVS, ex universo fanaticismo in partes ipsius promissimos: qui de *Justificatione*, prout a nobis describirur, scabiosissime judicant, & loco ejus *sanctificationem* in thronum erigunt, imputationem vero meriti Christi, & propter hoc factam remissionem peccatorum pessime perstringunt. JOH. BORDAGI Confessio est: *Alles Lehren von Christi Gnugthuung, daß Christus einmahl gestorben ist und gelitten hat für alle, da man sich tröstet mit der Historie, daß die einmahl geschehen, wie sie würcklich geschehen ist, und daß man nichts weiter nöthig habe, denn die allein für wahr zu halten, anzunehmen, zu ergreissen und*

und sich zuzueignen, ist ein lautes Babel, eine bloße aus dem Historischen Wort gezogene Form, dein ewiger Geist o Mensch! bleibt alzeit außer Christo: item du woltest wohl ein Kind seyn einer zugeeigneten Gnade, und die Zueignung, was Christus für dich gethan hat außer dir, und woltest doch nicht deiner eigenen Selbstheit in der Gnade sterben, und also ein Kind der Gnade in deinem gelassenen Willen werden. Et porro: Sich trösten, und Christi Leyden forn an der Spitze stellen, ist das wahre Evangelium nicht, noch ein Evangelischer Glaube: Nein, nein, das ist ein Glaube gänzlich außer, und nicht in uns! Porro: Die äußerliche Buchstäbliche Form ist nur ein äußerlicher Führer, die innerliche Form der Gottseligkeit aber bestebet hierinnen, Gott muß Mensch werden in Menschen, sonst kan der Mensch nicht Gott werden in Gott! Tr. de Paradiso p. 755. sqq. Vides homines a Christo abducentes, & justificationis universum ordinem & structuram avertentes, omnem imputacionem meriti Christi abnegantes, & tantum non omnia ad Christum internum, qui homo ipse est, relegantes! Nec aliter J. H. BRILLIUS, quem ei supra ad latus posuimus, & cuius effata admodum sunt portentosa: Ita in libro de vera & falsa cognitione Christi: *Icb kan mich nicht genugsam verwundern, wie das aufwendige Christenthum dieß überein bringen kan, daß es Christum hält vor seinen geistlichen König, und doch betrachtet und hält als einen aufwendigen und fleischlichen Priester, welcher durch das Opffer, das er einmahl zur gewissen eingeschränkten Zeit und Ort soll gethan haben an dem Creutz, uns mit Gott versöhnet habe: Welches Opffer uns nicht weiter gereichen kan, als zu einem aufwendigen, und also zu einem fleischlichen Opffer.* p. 77. Ita Sanctum sibi concipit sine applicatione imputativaie justitiae & sacrificii Christi in cruce peracti: & universam sanctitatem reducit ad unionem aliquam cum Christo substantialem, quae vero justificationi prorsus est contraria & fanaticorum πολυθρύλων commentum: prout etiam hanc venditat BRILLIUS lib. eod. p. 81. sq. Idem hic

hic totus in eo est, ut impletionem legis non a Christo pro nobis, sed a nobis ipsis requirat. Lieber, wer hat uns denn gelebret, daß Christus zu einem andern End in die Welt gekommen sey, als wir alle in die Welt gekommen seyn? Oder, daß der Geborsam, den wir Gott bringen, nicht sey der Geborsam J. C. selber in uns? So vollbringe Christus wohl das Gesetz vor uns, und an unsre Stelle, aber er thut es nicht außer, sondern inwendig in uns, durch die Kraft seines Geistes und Gnade; Wir thun es doch nicht durch uns selber, sondern allein durch ihn in uns: Denn unser Werck ist nicht das unsere, sondern das seine in uns! l. c. p. 90. Ita Spiritus perversus omnia implicat & permisceat, quae Spiritus S. in Scriptura sollicite distinguit & distinctissime tractat.

§. XXIV. Requisitum porro XVI. Sancti esse supra diximus, ut, quatenus peccatis mortalibus, speciatim illi, quod in Spiritum S. committi potest, immersus sit, pro tali agnoscitur & haberi non queat. Rem ipsam apertam esse, haud dubie credimus. Incompatibilia enim sunt, manere sanctum, & perdere sanctimoniam. Amittitur vero gratia inhabitans Spiritus S. atque Sanctificans per peccata proaeretica, multoque magis per illud, quod νεκτ' ἐξοχὴν tale est. Hoc equidem certum est, cadere omnia peccata in Sanctum posse, ita, ut qui talis fuit, possit fieri non sanctus, adeoque de peccato in peccatum ruere, & tandem in peccatis aeternum perire. Nisi enim hoc ita se haberet, frustra essent monita, preces & vigilantia Sanctorum ad perseverantium obtainendam. Interea Sanctum, ubi fidem & inhabitacionem justificationemque ac regenerationem ipsam amisit, Sanctum vocare non possumus, nisi in ampliatione nomen capiamus, neque fieri posse credes, ut modus aliquis inveniatur, quo excusari tale assertum queat, sanctos esse posse sanctos, imo beatos, tametsi Peccatum in Spiritum S. commiserint, & in peccatis mortalibus moriantur. Nam peccatorum mortalium in rigore sic dictorum, seu proaereticorum effectus, qui damnatio est aeterna, actualiter fe-

riens peccatorem in ipso articulo peccandi, quoad reatum & actualem exclusionem ab unione illa, qua antea fruebatur, superflite tamen gratia assistente & revocante, eisdem per subsequentem poenitentiam absque omni dubio tolli potest, ita ut *uacuus* illud rursus auferatur, & exuberante peccato, sic exuberet gratia Dei, & remissio peccatorum exinde propullans. Rom. V, 20. Ubi vero homo in peccato perseverat, & moritur, nihil ibi contemto sacrificio pro peccatis a Christo praestito supereft, quam mera damnatio & interitus, ita, ut sanctimoniae & beatitudinis nihil amplius sperari possit. Hebr. X, 26. 27. Christum enim mortem pro damnatis quoque subiisse, uti minime negamus, ita applicationem mortis actualiter damnatis fieri posse, falsissimum est. Remissio enim peccatorum est bonum regni gratiae & ecclesiae militantis: beatitudo ex remissione peccatorum redundans ecclesiae triumphantis: vi oppositorum ad damnatos pertinet *carentia* *omnis* *remissionis* *peccati*, & bonorum exinde redeuntium; *praesentiaque* *omnium* *malorum* incessabilis, quotquot ex peccatis unquam orta fuerunt, aut oriri potuerunt. Ubi igitur aliquis in peccato & praeceps peccato in Spiritum S. commisso moritur, ex ipsa definitione peccati hujus patet, quae infert finalem incredulitatem & contemntum mediorum salutis, eum *Sanctum nulla ratione vel specie veri dici posse*.

§. XXV. Ut tamen haberet Poiretvs, quod hic quoque tanquam novum & inauditum venditaret, solumque Systema ab omnibus aliis distingvet, alia longe, quam quae ex verbo Dei hauriuntur, lectoribus propinat. Distinguit primum inter peccatum in Patrem, & in Filium, & in Spiritum sanctum. Si quis in primo & secundo peccato etiam moriatur, posse eum tamen fieri satrum, pronunciat. Si quis ad Deum conversus, multa inconsiderate agat, e. c. corporis usum vel nimis sollicite curet vel negligat: & sic facultates destruant: intentione bona praeditus opera creationis in se & extra se male gubernet; in usu creaturarum vel liberalior sit, vel parcior, ita tamen, ut bona

bona fide non putet, se perperam facere, imo quandoque recte officio fungi credit: si ad eundem modum cum proximis (bono tamen zelo animatus) vel indulgentius, vel severius agat: se desideria Deo sincere consecrata male dirigit atque gubernet: is in omnibus, quae diximus, contra Patrem peccat, cui tamen venia dabitur, licet forte, ita affectus, decedat. L. III. c. IX. p. 704. Enimvero, si intentio & ignorantia factum per se turpe Deo non reddit displicerit, male egit Christus, quod Judeos occisores increpaverit, &c ipse, & per Apostolos Job. XVI, 2. Act. III, 14. 15. persecutores gravissimi altissimo in coelis loco sedebunt, avari, luxuriosi, hypocrita habebunt, quomodo se excusent; Sic Intentionismus, partus Satanae infaustissimus, rursus per POIRETVM in thronum collocabitur, quem Ecclesia Dei adeo studiose eliminavit, & bonitatem facti in convenientia cum verbo Dei quaequivit, quicquid demum sit de incrustatione ejus per intentionem bonam. Conf. DANNHAVER. Theol. Conscient. P. II. Dial. VI. p. 423. sq. Neque intercessio Christi pro Judeis POIRETI sententiam juvat; Salva enim illa intercesione isti, pro quibus oravit Christus, dicuntur ab Esia c. LIII, 12. **ΨΥΨΕ** praevaricatores & rebellis. Si hoc: ergo non sancti, ergo in ea impietate minime omnium salvi. De altero peccato in Filium hominis ita sentit vir perversus, ut credit, si quis in corde ad Deum vere conversus externa media, quae filius Dei promovendae conversionis gratia hominibus procuravit, ex errore atque ignorantia non admittat, imo repudiet, ut gentiles Judaicam religionem quondam respuentes, vel Judaei Christianam religionem recusantes, etiam si hujus vitae tempore ab erroribus suis non resipiscant, sed ita affecti moriantur, modo alias vere ad Deum converse fuerint, servari tamen ac salvati. L. III. p. 705. Ubi ponit id, quod erat ιγνώσκειν, POIRETUS, & extra media illa a Deo posita sibi singit aliud medium conversionis in cerebro natum, quod Scriptura ignorat, & in conversionis negotio hominem ad verbum & fidem ablegat. Rursus ad deprecationem

nem & intercessionem Christi provocat, quam sibi *absolutam* & inevitabiliter ac irresistibiliter operantem fingit, ita, ut etiam hominem, qui illam ipsam intercessionem contemnat, fieri posse putet salvum, quatenus ira peccet ex ignorantia & coecitate, ubi tamen probe nosse & cogitare debebat, talem ignorantiam esse *vincibilem* & superabilem, adeoque hominem in throno judicij divini minime omnium absolvere. Sic iniqutatis Patronum dum agit *POIRETUS*, eos in numero beatitudinis resert, quos *Scriptura* damnatos pronuntiat, tametsi illis tolerabilius omnino *judicium* tribuat, quam illis, qui scientes volentesque gratiam Dei & meritum Christi contemserunt. *Mattb. XI, 22.*

¶. XXVI. Quod Peccatum in Spiritum Sanctum concer-
nit, primum perinde ut in reliquis errat, & illud non recte &
accurate describit: dicit enim tunc committi, quando homo ad
Deum veritatemque sibi perspectam se convertere non vult, ve-
ritatemque cognitam rejicit aut omittit. p. 706. Atqui Apo-
stolus id negat, & ad Peccatorem in Spiritum Sanctum requiri-
rit, ut veritatem perspectam acceptaverit vera fide, imo etiam
praegustum vitae futurae senserit, & tamen in talem lapsum
inciderit, ut media omnia & bona Dei constanti blasphemia ex-
cipiat. *Hebr. VI, 4. 5.* Ita vero de iis sentit *POIRETUS*, si in
hoc statu decedant, divinum lumen in ipsis definere, & sic mis-
eros sine reparationis spe damnari. Si vero, antequam decedant,
vel in supremo vitae hujus momento ad Deum redeant, modo
toto corde ex amore Dei & sui odio, Deoque se resignent, nihil-
minus & hos servari, ita tamen, ut multa forte iis patienda su-
perficiant, antequam ad salutis fruitionem admittantur. p. 707.
Omnia, quae hic pronunciat de peccatoribus in Spiritum S.
sive nostro sive suo more definiat, falsissima sunt. Nam si
pervicaces sunt peccatores, gratiam Dei respuentes, prout ille
describit, non per amorem Dei sive odio & resignatio-
nem, sed per fidem ad eum redibunt. Si vero sunt homines
finaliter pervicaces, prout ex *Scriptura* novimus, quae hoc
pec-

peccatum irremissibile pronunciat, frustra sibi fingit redditum ad gratiam in talibus hominibus, quibus formale peccati hujus extantioris competit. Frustra vero emollit sententiam per alium errorem, sed eam potius duriorem & intolerabiliorem reddit, ubi credit, expiatione prius opus esse per passionem variorum malorum. Atqui si, ut fatetur POIRETUS, salvantur intercessione Christi, quid opus illa expiatione propria? Et ubi praeterea crederet eam fieri? In hocne seculo? Atqui moritur saepiuscule homo ejusmodi absque ullis cruciatibus. In alterone? Neque hoc evincet POIRETUS, & communem hic habet errorem cum aliis Apocastaticis, qui restitutionem omnium damnatorum credunt. Et tunc si hoc verum est, quid causae erit, quare hi restituantur, qui sub finem vitae Deum amare coeperunt, illi vero non restituantur tandem, qui sine amore decesserunt? Si enim in altero seculo datur peccatorum remissio, quidni sit illa omnium peccatorum successiva? aut deerit aliquid superabundantiae gratiae, quod huic peccatori tunc condonare voluerit, alteri noluerit. Quae omnia incertum POIRETI animum, & in errore sibi ipsi minime constantem, satis arguunt. Nam si totum hoc totius universitatis spatium peccatis contra Spiritum S. factis millies milliesque refertum nonnisi exiguae scintillulae rationem habet coram immenso gratiae & misericordiae Dei oceano, modo peccator se ei committat, ut scribit p. ead. 707. non causa apparet, quare non omnibus idem contingat, quod ipse asserit. Nec sufficit, quod causetur, multos non ex amore Dei, sed per conatus amoris proprii per portam ad vitam aeternam ingredi velle, & sic aeternum perire, nam si infinita est Dei misericordia, ita, ut remissionem extendat ultra regnum gratiae, quid impedit, quo minus & illos a peccato illo amoris proprii tandem absolvat & liberet? Reliqua, quae de hoc peccato habet, excusione prolixiore non indigere existimamus.

§. XXVII. Facile & hic se Parallelismus POIRETI cum aliis Fanaticismi amicis prodit, quem tamen sub numero po-

stremo felicius contemplabimur. Nunc XVII. requisitum veri Sancti intuemur, quo necesse esse diximus, ut *uni ac soli vero principio verbi divini inhaereat, omnemque Embusiasmum longissime a se removeat.* Hoc inter eos, qui Christiano nomine vere gaudere cupiunt, quam confessissimum haberi debet. Docent hoc *elegia verbi divini*, ab ipso Spiritu S. suppeditata, quae testantur, absque verbo praedicato & in literas redacto minime omnium aut fidem aut salutem cuiquam contingere, utpote quod solum illa est dūvouq̄ salutem conferendi. *Rom. I, 16.* Docent exempla Sanctorum in Scriptura proposita, qui in verbo Dei unico acquererunt. *Pf. XIX, 8. sqq.* Docent Apostolica effata, *verbum Dei scriptum omnibus revelationibus anteferenzia*, imo has ipsas post canonem clausum *excludentia*, & vetantia, ne aliquid addatur. *2. Petr. I, 19. Apoc. XXI, 19.* Additur vero quicquam & insufficienciae cuiusdam Scriptura accusatur, quando revelationes immediatae quaeruntur. Adeo ut nunc, quo magis aliquem dicere queas sanctum, eo magis recedat a revelationibus illis jactatis, & acquiescat in illa sola immediata revelatione, atque plane indubia, quae est in ipso verbo. *Quis enim dubitet, Deum ibi cum Patriarchis sanctisque hominibus per revelationes varias fuisse collocatum?* Adeoque redditur & nos illius participes, cum verbum illud revelatum legimus, meditamur & applicamus. *Quid vero opus sit aliis immediatis revelationibus, ubi jam illud ipsum verbum revelatum adeat?* Aut enim prodesset illistrando intellectui? Atqui hoc verbum Dei perfectissime facit, ut *oculos intellectus illustret*, *Pf. XIX, 9. 2. Petr. I, 19.* Aut voluntati & appetitui corrigendo? Atqui & hoc verbum Dei abunde praestat, ut hominem totum emendet, tanquam *viduum & efficax verbum*. *Hebr. IV, 12.* Unde certum est, *postremum ubi Deus per filium locutus est ad homines*, *Hebr. I, 1.* ad illud Verbum simul omnes homines ablegare, *Sanctosque omnes illo unice se oblectasse*, neque aliud quid praeter illud requisiisse.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Enimvero & hic POIRETUS a regia via deflectit, atque fanaticam mentem dilucide satis prodit. Supradictum vidimus, statuere ipsum, omnes ac singulos homines habere lumen aliquod internum lucens, quod sit ipse Spiritus Iesu Christi, cuius efficacia vita moresque Christi in ipso formabuntur, Christusque in eo nascetur. L. III. p. 683. Ita Sanctus Poiretianus Spiritum S. in se habet, antequam convertatur, eritque Sanctus ante sanctimoniam ullam, quod Fanaticorum σωτηρίαν ipsi concoquunt. Qui enim Scripturam intelligunt, talibus siliquis non pascuntur. Nobis constat, hominem a natura esse meras tenebras, fieri vero lucem per verbum praedicatum, intellectum illustrans, convertens & regenerans. Eph. IV, 18. V, 8. neque Spiritus S. ingreditur cor hominis, nisi prius regeniti & justificati, tunc enim illud renovat, sanctificat, & donis suis ulterioribus largiter exornat. Nugae adeo sunt, fidei lumen in omnibus esse hominibus, cum Scriptura dicat, non esse omnium; 2. Thess. III, 2. sic vero corrigendus esset Apostolus, aut saltem absurde interpretandus ad mentem Poiretti, ut quidem fateatur, non esse omnium, quoad applicationem, esse tamen quoad possessionem naturalem, quod quam de tortum sit, & menti Apostoli disforme, facile aliquis sagacior judicaverit. Non enim omnium dici potest ullo sensu, nisi quoad desiderium & intentionem Dei seriam, qua vult, ut omnes homines credant & salventur, unde etiam omnibus hominibus offert fidem. Act. XVII, 31. Ut ita somnia Poiretiana uno velut ictu a Scriptura diffundi & dissipari videantur. Nec tamen veretur porro defendere, quod Deus in animabus hominum immediate abduc operetur, & in centro earum adsit, lumenque suum diffundat. Atque ex eo fonte omnes homines esse Enthusiastas veros: Addit: Quisquis bac ratione Enthusiasta non est, is aut Diabolus sit oportet, aut damnatus, quia nimis in omnium centro lateat Deus ipse. L. III. p. 687. Fingit etiam Enthusiastas alios bonos, alias malos: ad illam classem referit Sanctus V. T. quibuscum Deus locutus est, ad hanc vero illos,

illos, qui nequidem lumen divinum in se lucens habeant, & tam
en se pro Christianorum Doctoribus habent, & Spiritualibus per
antiphrasin, quo convitio pungit eos, qui Enthusiasmo non
sunt addicti, sed eum potius aggrediuntur. p. 689. Concede-
dit tandem, Enthusiastas etiam dari, qui somnia quaedam &
visiones metaphysicas pro responsis, imo pro intuitu aeternae sa-
pientiae atque substantiae ipsius Dei, aut pro radiis luminis ejus-
dem immediate lucentis obtrudunt. p. 689. Ad quam classem
si JOH. PORDAGIUM seque ipsum referat, rectissime facturus erat
POIRETUS. Sanctum vero Enthusiastam verum & bonum esse,
operose deinceps incipit demonstrare per inania commenta
de operationibus Dei in animabus hominum, quorundam refert
etiam inter alia tactum aliquem Dei, sive fulgur, ut nominat,
quo radios suos Deus ita extendat, motumque continuet & ite-
ret, ut anima tandem purificata intimos sensus puros rectosque
habeat, p. 699. exsurgatque delectatio quaedam in ea adeo sub-
linis, tranquillans & pura, ut verbis exprimi non possit. p. 702.
Praetergredimur alia loca, in quibus eadem tendit, ut sensua-
lem praesentiam Dei & revelationem internam hominibus
perfvideat.

§. XXIX. Quibus in assertis adeo cum abluserit a re-
gula verbi divini POIRETVS, facile sibi ipso dictare potuit in
antecessum sententiam, quod habituri sint verae doctrinae as-
sertores illa omnia pro Fanaticis opinionibus. Dicit enim :
*Nonnulli fortasse clamabunt isthaec fanaticae esse, & Enthusiasmum fa-
spere; O tempora! tantam esse hominum nequitiam ac malignam coeci-
tatem, ut Deum ex cordibus suis ejicere velint, absurditatisque eos
convincere vult, quorum ingenia effascinaverit Satanás, quia negare
non possint, Deum ratione essentiae suae rebus omnibus adesse praesen-
tem & operosum, quidni igitur in homine perinde agere? ubi tamen
scipsum & alios misere decipit, praesentiam generalem Dei
cum speciali & gratijs confundens, nec etiam discriminans
modum adessendi & modum operandi; Si enim immediate vellet
agere, neque verbo, neque Sacramentis uteretur, sed illis
omnibus*

omnibus remotis sine praedicatione ulla illuminare intellegum, & mutare ex absoluta voluntate mentem posset; quae omnia fieri nonnisi falso quis assereret. Accedit, quod, quicquid Deus ibi agit, ita agat, ut in sensus non incurrat, unde quae de lumine, fulgere, sono, gaudio, jubilo sensuali fingunt Fanatici, nullam fidem recte scrutantibus faciunt. *Sanctus* igitur *Enthusiasta* nobis rursus est paradoxon fanaticum, a veritate prorsus alienum, injurium in Scripturam, quae verbum Dei est, unicunque lumen, quo utitur ad oculos mentis nostrae illustrandos, & voluntatem hominis emendandam. Illi enim sancti, qui in V. T. & novo, hoc praerogativa, si qua fuit, genere gavisi fuerunt, ut vocem Dei audirent, & visionibus Dei usi sunt, Enthusiastarum numerum & nomen non implent, sed pura ista sanctaque illuminatio fuit, quae illis per dispensationem divinam, ad visibilem Ecclesiae splendorem ad tempus infidelium causa conciliandum, contigit, & malo illo nomine minime est dehonesta. Illa enim illuminatio verbum Dei non imminuebat, sed confirmabat & erigebat: Fanaticorum vero inspirationes, quas jactant, injuriam manifestam ei inferunt, nec alio fine sunt inventae, unde misericorde placet judicium Lutheri: *Hoc in universum antiquus est satanas & serpens, qui etiam Adamum & Ewam in Enthusiasnum conjiciebat, & ab externo verbo Dei ad spiritualiitates & proprias opiniones abducebat, id quod tamen & ipse per alia externa verba perficiebat, perinde, ac bodie nostri Enthusiastae externum verbum damnant, & tamen ipsi non silent, sed mundum garrulitatibus & scriptioribus implent.* Artic. Smalcald. p. 332.

§. XXX. Habet hic commilitones pene omnes PoIRETVS, quotquot ex fanaticorum turba sunt. Duo saltem testimonia afferemus. Ita absurdus est J. H. BORDAGIVS, ut non vereatur asserere, praestare, ut quis omnes revelationes etiam falsas amplectatur, quam ut aliquas pro falsis rejiciat, weil es sehr gefährlich ist eine wahre Offenbarung, die in der That von Gott ist, zu verwerfen, hingegen aber gar keine Gefahr vorhanden, wenn wir

wir etwan eine falsche für eine wabre annehmen solten, wenn es nur aus gutem Hertzen geschiebet, und wir einen solchen Gebrauch davon machen, der dem Absehen Gottes, das er bey aller Offenbarung hat, gemäß ist. P. I. p. 76. *Metaphys. divinae.* Ita Sanctus BORDAGII poterit esse cultor revelationum etiam Satanicarum, dummodo pulchra specie niteant, & bona sit intentio! Quasi non idem sit periculum, falsas revelationes assumere, & veras rejicere! Obicem vero huic errori posuit dudum Johannes, qui aliud imperat, & *Spiritus vult explorari, nec credi debere Spiritui unicuique*, quoniam probe vidit cum summo animae periculo id fore conuentum. 1. *Job. IV*, 1. 2. Habeat itaque suum sibi sanctum BORDAGIVS! Ita JOH. BRILLIUS inter gravissimos errores suos recenset, quod *Scripturam habuerit pro unico principio:* Der erste Haupt-Irrthum, worinn ich gesleckt, ist gewesen ein Grund-Mißverständ wegen des ersten Grund anfangs, daraus ich die Gewissheit der Dinge, so zu meiner Seeligkeit nöthig, haben müste. Denn ich meinte, das äußerliche geschriebene Wort sey die einige, wesentliche, vollkommene, klare und allerböchste Regul meines Glaubens und Lebens, so, daß ich nichts annahm, wenn es nicht darinnen gelesen, oder daraus bewiesen werden könnte, *Lebens-Befähreibung.* p. 78. Secundum hoc igitur Sanctorum erit aliter credendum, nec amplius *Scriptura pro unico fidei principio babenda*, sed praferenda erit alia revelatio, huc enim tendunt omnia ejus asserta. Ita quoque alibi docet & scribit, ut taedium fere creet tam injuria & fere blasphema in verbum Dei repetere. Eo nimurum conatu Fanaticismus nostro tempore cristas suas eheu! erigit & ostentat!

§. XXXII. Postremum momentum, quod XVIII. est, paucis adhuc excutiamus. Fuit hoc in eo repositum, quod *Sanctus, ubi ob peccata sua post mortem damnatur, pro Sancto non agnosi, multo minus tandem talis post damnationem infernalem rursus fieri queat.* Utrumque analogia fidei ipsaque *Scriptura ita reddunt liquidum, ut pius sanctusque animus dubitate nequaquam de eo possit.* Sicut enim Deus non nisi in-

cre-

credulorum damnat, qui *Sanctus* dici ulla ratione nequit; ita
damnatum & ab intuitione Dei omni^{que} unione prorsus ex-
clusum nulla gratia manet, multo minus quae sanctificationis
est, sanctumque reddit. Neque fieri amplius potest, ut ex
statu illo in novum transferatur, & sic ex *non Sancto Sanctus*
rursus conficiatur & constituatur: *Ista enim Oeconomia Spi-*
ritus Sancti ex peccatoribus *Sanctos* reddendi non in *orco*, sed
in *gratiae regno*, exerceatur & peragitur. *Ps. VI, 6.* Non per
infernales flammam Deus convertit, sed per *flammam verbi*
praedicati, quod vero ibi locum non habet, ubi mera toni-
trua legalia sonant, & nihil evangelicae concionis illis reser-
vatum est, qui ibi detineri dicuntur in omnem aeternitatem
Ez. LXVI, 24. Mart. IX, 43. Apoc. XX, 10. Uti enim fieri non
potest, ut aliquis ex beata aeternitate unquam in tartarum
praecepitur, atque ex *Sancto beato* non *beatus* reddatur: ita
fieri nequit, ut ex *non Sancto* *damnato* & in gehennam de-
truso, *Sanctus* aliquis *beatus* *constituatur*, nisi universa oeco-
nomia *gratiae & Salutis* prorsus *evertatur*. Nihil hic fangi aut
excogitari debet *tertii* *cujuscunque generis* inter *damnationem*
& *viram aeternam*, ad *illam* *increduli*, ad *hanc* *credentes* *de-*
ferendi *Mattb. IV, 16. 18. Mattb. XXV, 46.* Alias Scriptura
vel *ullo* *in loco* *hujus commenti* *faceret mentionem*. In *hu-*
jus *vero* *simplicitate* *tutissime* *acquiescit*, *neque* *altius ascen-*
ditur *sine* *periculo & praecipitio* *animae*.

§. XXXIII. Et hic tamen virus suum disseminat *Poire-*
tvos, ut longe alia doceat. Credit ille, posse *Sanctos esse sal-*
varos, *tame si antea fuerint in inferno*: Et esse posse in *bea-*
titudine *aliquamdiu & nihilominus* *praecipitari* in *infernum*.
Apocalypsis *ejus* *pestilens principium* est, ex quo *reditum*
omnium in *Deum h. e.* *primam perfectionem & beatitudi-*
nen *derivat*. *Maledictio in creaturis perpetua sine aeterna*
non erit, *etiam si bono admissum feloniae crimen nunquam expiatum* *expiaret*.
Ratio est, *quoniam illae in se principium connatumque aeternum gerunt*,

quo ad bonitatem, ordinem, lumen, verbo ad proprietates illas statumque suum perfectum, in quo, & ad quem Deus eas creare voluit, semper adspirant. Ita philosophatur L. III. p. 616. parum vero, aut nihil ad regulam verbi Dei conformiter dicit. Pone, maledictionem in omnibus creaturis non esse aeternam, ergone propterea omnes siant beatae? Sufficit in creaturis irrationalibus liberatio a servitio & exercitio existentiae atque annihilatione: Ifa enim vult intelligi Apostolus Rom. VIII, 19. sqq. non enim participant creaturae illae de gloria filiorum Dei aeterna, nisi in quantum sub consummatione seculi in nihilum rediguntur. Quod vero maledictio in creaturis & speciatim homine absque expiatione tollatur, frustra assertur a POIRETO. Christi enim merito hoc omne beneficium debetur; Estque ille, a quo omnis benedictio aeterna promanat Gen. XVIII, 18. Falsum praeterea est, quod omnes res creatae principium aeternum & connatum in se gerant; Immediatio enim suppositi & virtutis praesentiam Dei testatur, non rei ipsius essentiam constituit, sed causam efficientem, quae res materiales a se conditas, quandocunque vult, annihilare eadem facilitate potest, qua eas produxit. Unde etiam falso assertur, res creatas semper adspirare ad perfectionem aeternam: Experiencia enim & Scriptura contrarium docet, ubi profitetur *figmentum cordis humani potius esse pravum*, Genes. VIII, 21. multo minus talem perfectionem tribuit reliquis creaturis, quas propter lapsum hominis tetigit maledictio. Gen. III, 17. Ita principium falsum, cui superstruit machinam suam POIRETVS, non nisi falsas doctrinas generare potuit, quas hic quoque magno cum apparatu proponit.

§. XXXIV. Hac ratione vero scenam suam instruit, ut sibi fingat, hominem speciatim aut in hac vita ad perfectionem summam adspirare, aut saltē in altero seculo istud fieri. Quod posterius concernit, necesse erat, cum veteribus mysticis, qui Papatui viam pararunt, fingere aliquod purgatorii analogon, eam-

eamque in rem ad *revelationes Bourignoniae*, quam *virginem incomparabilem* nominat, divinitus factas provocat, creditque cum ipsa, dari statum nunc breviorem, nunc longiorem, in quo animae, quae in gratia Dei e vita decesserunt, imperfectiones tamen, quibus sunt affuetae, nondum defecerunt, neque peccata tum cognita tum incognita a radicibus extirparunt, a divina hac gratia investiantur, quae earum imperfectionem vivide aggrediatur, donec illis penitus deletis, solae habitudines mere divinae atque coelestes in eis superfint! L.V.C.VI. p.460.
En tibi hic Sanctum ex purgatorio prodeuntem! Absurdae sane, uti opinio ipsa, ita quoque rationes, quibus fucum rei facere voluit. Provocat ad dicta, quae perfectam sanctitatem requirunt, & ἀλογως exinde concludit, illam per purgatorium obtineri, quod quam incongruum sit, vel in antecessum videri poterat. Quasi vero imperfectio adbarrens cruciatibus propriis aboleatur, & non potius jam Christi morte expiatum sit, quicquid est uotangium in creditibus, qui sunt in Christo Jesu. Rom. VIII, i. Quasi etiam ad purificationem diuturna temporis mora, quam fingit, requiratur, ut die post diem auferatur macula & labes paulatim & successive, & non potius justificatio & absolutio a peccatis ipsaque sanctificatio fieri possit in instanti, quando sit in ipso articulo mortis! Argumenta, quae a justitia, bonitate, veritate Dei petit, evidenter contrarium monstrant, & dejiciunt potius sententiam Poireti, quam confirmant, quae tamen adeo temerarium eum reddit, ut scribere audeat, tristissimum hoc mortificationis & desolationis genus, (in purgatorio) non ex Dei crudelitate, sed ex supraea ejus misericordia procedere, velut altissimae felicitatis fundamentum & basin, animo adeo obfirmato, ut eos, qui contra sentiunt, blasphemore ore criminari veritatem dicat, ipse met hujus vitii reus, qui ea adstruit audacter, quae Scriptura Sacra tum nupsiam affirmat, tum evidenter verbis negat. Nec satisfacit responsionibus suis accurato lectori ad VI. dubia Semoppida gravissima, quae videt suae sententiae obstare. Sem-

G

per

per enim in iis petit id, quod in principio est, & se plus implicat, quam extricat, P. II. L. V. C. VI. p. 185. sqq. & tandem ad causas inanes fingendas fugit, quare Deus de hac doctrina sua salutari non clarus & expressius locutus fuerit; quum tamen prius legitimis argumentis eam probare ipsi incubuisset. L. V. C. VII. p. 504. sqq.

§. XXXV. Quod infernum spectat, nolumus ejus novas & portentosas sententias, quas & hic sparsit, recensere. Hoc nobis sufficit, quod equidem inferno ejusque cruciatibus tribuat aeternitatem, verum ea ratione, ut praesupponat possibilitatem eluctandi ex illis, ne fiat aeterna, quoniam damnationem & cruciatum non tam animabus, quam corporibus & materiae assignet, & quidem huic non omni, sed crassori illi, quam distingvit a subtiliore, quea cum anima semper maneat conjuncta, & ne in morte quidem dissolvatur. Fieri igitur posse credit, ut ab hac prorsus liberetur homo, atque sic in coelum tandem evolet, relicta illa crassa & terrestri materia, aeternis poenis subjecta. L. III. C. II. p. 626. sqq. Quae portenta, e Gentilium lacunis petita, inter Christianos audiri & commendari par non erat. Materia maxime corrupta, inquit, sive in qua principium eruptionis luminosae, & quae ad eam requirebantur propensiones sive dispositiones penitus extinctae sunt atque suffocatae, nullo unquam tempore in primitivam gloriam restituetur. l. c. Medium liberationis aliud non proponit, quam ut homo creaturis omnibus sensibilibus renunciet, cum a rebus illis omnis pernities ipsi oriatur, recoquit ita errorem veterum Encratitarum, quos Apostolus Coloss. II, 20. dudum refutavit. Parum praeterea abest, quin si aeternae maneant poenae in ullo homine damnato, culpam Deo creatori tribuat: Evidem, inquit, Deus seipsum abnegaret, si facultatem aliquam sentiendi progenerasset, quae in malo acquiesceret, unde colligit, etiam post mortem hominis animam habere hanc facultatem, ut studeat se a malis damnationis & privatione praesentiae Dei se deonerasare, illudque tandem efficere possit. L. V. C. V. p. 470. sqq.

§. XXXVI.

§. XXXVI. Supersedemus plurium, qui alioqui hic copiosi admodum sunt, errorum satis capitalium enumeratione circa hanc materiam. Acquiescimus in eo, quod viderimus, POIRETUM nunc Sanctum suum in coelos, nunc in tartara collocare, nunc angelorum, nunc Dei societati adjungere, parum abest, quin histrionis instar tractare audeat. Somnia vero ista omnia Scriptura dudum explosit. Omnis purificatio per Verbum & Sacra menta fit, quibus sanguis Jesu Christi nos emundans applicatur & imputatur, ac Spiritus Sancti gratia inhabitans ulterius intellectum & voluntatem in bono confirmat: illaque omnia fiunt in Regno gratiae & in statu viatorum, quamdiu in hac vita versamur. In inferno vel excogitato tertio statu inter hunc & beatitudinem nulla purificatio atque purgatio, sed aut vita aut mors aeterna hanc vitam & exitum ex ea sequitur. Nugae sunt, quas fingit POIRETUS de materia corporea crassa, illa nos non damnat, sed ejus abusus, neque exoneratio ab ea nos salvat, nam habebimus corpora etiam in vita aeterna, tametsi glorificata, corpora tamen, ut horum nos non pudere debeat, sunt enim apud fideles corpora θυσίας ἡγεμονίας εὐάρπες τῷ Θεῷ, Rom. XII, 1. adeoque illa materia neminem impediet, quo minus ingrediatur regnum coelorum, verba enim Pauli 1. Cor. XV, 50. non de materia, sed de statu ejus mere naturali loquuntur, quo omnino improportionata sunt caro & sanguis ad vitam aeternam. Interea certum est, hominem in fide vera decedentem, tametsi alioqui Pharisaica quadam sanctimonia tumescerentem, nihil differre ab alio damnato, neque opus esse, ut ei tertius locus fabricetur, quo ulterius purgari & purificari queat, cum talem statum intermedium dilectissima loca evidenter oppugnant. Marc. XVI, 16. Quibus ulterius deducendis non immorabimur.

§. XXXVII. Juvabit tamen adhuc audire Fanaticum ali- um, POIRETO ὅμόψηφον. Ita J. PORDAGIUS: Es wollen etliche setzen, (quasi non universae Ecclesiae Christianae sit

unanimis doctrina) daß die ewigen Seelen, wenn sie samt ihren ewigen Geistern (ita cum POIRETO distinguit animam cum corpore & spiritu) den sichtbaren fleischlichen Leib ablegen, notwendig alsfoort in eines von diesen zweyen Principiis kommen, nemlich die Guten und Heiligen in den Himmel: die Bösen und Gottlosen aber in die Hölle. Wie es denn auch nicht anders seyn konte, wenn gar keine andere principia von Gott erschaffen wären, in und durch welche die Seelen geben könnten. Doch dieses ist ein großer Mißverstand gewesen bey den Gelehrten auf dieser untern Welt: Weil Gott über diese zwey noch ziele andere principia und centra aus dem principio der ewigen Natur erschaffen bat, durch welche so wir dieselbe nicht durchwandeln, weil wir in dieser sterblichen Welt leben, wir hernach nach diesem Tod hindurch geben müssen, ebe denn wir das principium oder Centrum der Liebe, worinnen der Berg Zion ist, erreichen. &c. Tract. V. von der finstern Welt. p. 410. Ita piscatur in aere PORDAGIUS, & purificationem aliquam post regnum gratiae constituit, & vias salutis haec tenus in Scriptura nunquam revelatas. Alios Fanaticos non multo aliter rem suam propondere, palam constat, neque de hoc negotio plura differemus: Suffecerit nobis deduxisse, Sanctum Poiretianum nihil minus quam Sanctum esse, qualem Scriptura describit, sed monstrem potius Deo ingratum & οὐονοῦ, nihilque perfectionis verae & genuinae in se habens. Poterant & alia huc adferri, quod e. c. Sanctum suum POIRETUS omni potestati civili & Ecclesiasticae eximatur, quo specimine Anabaptisticum omnium Fanaticorum Spiritum satis prodit, haec vero, quae adduximus, gangraenam illam, quae sub POIRETI opinionibus latet, satis jam & dilucide ob oculos ponere potuerunt. Rogamus igitur DEUM, ut ab ea Ecclesiam nostram universam porro clementer immunem praestet, & illos, qui sub talibus libris magnam sapientiam sibi invenisse videntur, ad meliorem mentem

PERDUCAT!

CL. DO-

CL. DOMINVM
M. RESPONDENTEM
CATHEDRAM THEOLOGICAM
FELICITER ADSCENDENTEM
SALVTAT
P R A E S E S.

Nihil felicius potest Ecclesiae in his terris militanti evenire, quam si contingent illi doctores atque concionatores in veritate coelesti confirmati, omnis superstitionis & erroris inimici, in vita inculpati, in tolerandis calamitatibus fortes, in increpando seculo imperterriti, in erigendis & consolandis animabus periti ac prompti, in conversatione sinceri, atque candidi, ubique quantum fieri potest circumspecti, sobrii & vigilantes, in tuendo honore Numinis, & afferendo tuendoque verbi deposito strenui, in universis morum rationibus modesti, casti, ac pacis amantes, & quae reliqua virtutum chorus diicitat, quas & Scriptura & exemplorum priscae ecclesiae vivae, velut imagines nobis praescribunt. Ad has vero tantasque doctes mature adspirandum est, & praeparandus animus, ut assuescat delectari coelestibus, res terrenas sensim despicere, & ita se gerere, ut internuncium & interpretem divini Numinis decet, cui tantum fere cum ipso, quam cum hominibus est loquendum. Doctrinam & vitam speculum esse

nove-



noverit, in quod intueantur alii, & vel virtutis
incitamentum vel malorum fomentum exinde
petant. Tempestive itaque eo annitendum, ut
ad tantum munus, quale est ministri Dei, ali-
quando accurate expediendum ornandumque
omnes ingenii animique vires dirigantur. Quan-
tum enim, si non vita vel sola tamen doctrina
perversa, populo Dei noceatur, ipsius POIRETI
exemplum nos docet, qui cum Scriptis docere
ecclesiam velit, eam ita potius supplantat, ut si
quantum ejus dogmata nocumenti adferant, ex-
ponendum nobis sit, dies potius quam materia
nos destitueret. Repte igitur agis sapienterque,
Amantissime Domine Magister, quod haec omnia
ad mentem revocas, ubi in Viri hujus perversis op-
inionibus excutiendis mecum operam collocavi-
sti, & quae de hoc negotio ulterius commentati-
sumus, mecum publice defendere animum indu-
xisti. Pertinebit hoc ad decus tuum, & futura
praemia, quae Patroni Tui, ac Fautores, ex qui-
bus Consultiss. Dominum GROHMANNVM,
Praetorem Zittaviensis urbis inclytæ, honoris cau-
sa nomino, peracto cursu tuorum studiorum post
exhibita diligentiae specimina suo justoque tem-
pore parabunt: Quae etiam Tibi, gratulatione
de pulcherrimo hoc tuo instituto interposita, abs
Numine immortali ex animo appreco! Vale! da-
bam die XXI. Jul. A. O. R. MDCCXIX.

88 (o) 88


CD 30


94 A: 7347(1)



5b.

WMA





24
25
Q. D. B. V.

DISSERTATIO THEOLOGICA

POSTERIOR

DE

SANCTIS POIRETIANIS NON SANCTIS

QVAM

PRAESIDE

MARTINO CHLADENIO

SS. THEOL. DOCT. EJVSDEMQ. PROF. PVBL.
AEDIS OO. SS. PRAEPOSITO, CONSISTORII ECCLES.
ASSESSORE, ET H. T. ORDINIS THEOLOGICI
DECANO

EXCVTIENDAM PROPONIT

AD D. XXVII. JVL.

A. M DCC XIX.

M. CHRISTOPHORVS STOLLE
ZITTAVIA LVSATVS.

VVITTERNBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.